

DE ORIGINE ET TEMPORIBUS  
VRBIS BERGOMI  
FRANCISCI BELLA  
FINI LIBER:-

AGRI ET VRBIS BERGOMATIS  
DESCRIPTIO.  
MARCI ANTONII MICHAELIS  
PATRITII VENETI.

Venetis, M D X X X I I. Mensē Maio.

CVM GRATIA.



DE ORIGINE ET TEMPORIBUS  
 VRSIBUS BERGOMATIS  
 FRANCISCI BELLAFINI  
 PRIMI LIBER.  
 AGRIS ET VRSIBUS BERGOMATIS  
 DESCRIPTIO.  
 MARCI ANTONII MICHAELIS  
 PATRIS VENEZ.  
 M D C X X I I M S M I O



FRANCISCVS BELLAFINVS

Marco Mauroceno praetori Bergomensi

integerimo. S. P. D.

COMMENTARIOLI RE

rum Bergomatum, quos in publicum iam mit-  
 tere destinaram, nescio quo pacto herere ac  
 subsistere, meq; auctorem suum ita inter-  
 pellare nisi sunt: heus Bellasine quo tan-  
 dem auspice in ora uirorum ibimus? quere tibi, et nobis pari-  
 ter uirum aliquem doctrina, et auctoritate insignem, cuius patrocia-  
 nio freti audacter prodire ualeamus, et qui nos uel a calu-  
 mnia, uel morsu uindictet: iustam plane agnoui causam, et te  
 Marco Mauroceno praetor iustissime statim delegi: quo duce  
 diis bene iuantibus laeti et tuto prodirent: proinde (quae tua  
 est humanitas) rogo eos benigne suscipias et foueas, quod su-  
 cile impetratum iri et spero et confido, quando nemo unquam  
 abs te nisi uoti compositis discesserit: huius tuae comitatus atq; mansuetudinis uniuersus populus Bergomas testis est: tuae enim omnia  
 bus patent fores, cunctis quocumq; tempore, quacumq; hora aditus  
 facillimi: sed qua patientia forenses disceptationes audis? qua ius-  
 titia discernis? atq; interim tamen plurimas grata litigantium con-  
 cordia dirimis: nec grauatur quispiam aduersus quem forte iustitia  
 steterit: propterea quod iudicii celeritas, sed illa grauis et  
 a 2 matura,



matura, omne dispendium tollit: nec minus se ferè uictorem uis  
et us, quam qui uictoriam adeptus est putat: iam uero in plecten-  
dis maleficiis eo moderamine usus est: ueritas et clementia ue-  
luti isto inter se fœdere, se inuicem amplecti uideantur: nil ta-  
men sceleris, nil flagitii passus es, quod inultum, aut cuiquam con-  
donatum uoueris: in his porro quæ ad publicam rem attinent, om-  
nia studia, omnem operam, industriam cogitationemq; tuam sem-  
per collocandam conferendamq; duxisti: publica bona recuperan-  
da, Salientem, fontes, aquæ ductus purgandos, flumina retanda, uias  
publicas uehiculis, iumentis, atq; ipsis etiam hominibus aliqui im-  
peruias instaurandas curasti: ipsi demum urbi temporis iniuria diu  
labefactatæ, et proximi belli incommodis uexatæ ac propè perdis-  
tæ, omnem suam formam et dignitatem restituisi: nimirum pbi-  
losophia qua plurimum excellit, urbem optimis regere instituitis, et  
sacrarum literarum doctrina (quam pie excolis) religionem colere  
te docuit: humaniora studia à te mira facundia felicissime parta,  
te nobis mitem, iucundum, placidum, reddidere, quæ omnia et si à  
diis et à natura tibi data sunt: cultu tamen et assidua exercita-  
tione splendent: sed iam unde diuerteram redeo, lucubrationem  
nostram hilari fronte suscipias obsecro, qua ut cumq; possim tuam  
erga me beneuolentiam imitor, merita non assequor, cui ueluti Coe-  
rollariū Agri et urbis Bergomatis descriptionem à Marco Anto-  
nio Michaele patrio Veneto elucubratam, argumenti similitudi-  
ne persusus, adiunxi. Eā lucubratiunculam cum quindecimo cir-  
citer ab hinc anno Michael, dum Victori patri suo Bergomi præ-  
fecturam

fecturam agentis comes esset, sibi (ut aiebat) tantum (ne ocio mar-  
cesceret) conscripssisset, et (quæ eius est uerecundia) suppressere  
penitus cogitasset, ego (quo minus id ageret) quod opus mihi pro-  
baretur atq; ad patriæ meæ ornamentum facere uideretur nō sum  
passus, exemplarq; quod mihi legendum dederat, ipso propè inuito,  
retinui, id nunc (ut cumq; id ferat auctor) edere atq; ad te mitte-  
re decreui, rem tibi gratissimam me facturum ratus, nam præter q̄  
quod à uiro tui ordinis tibiq; amicissimo proficitur, ita etiā affa-  
bre expressimq; hūc situm uerbis tanquā coloribus effinxit, ut urbis  
(quam adeo amas, cuiq; tanta cum tui laude præes) ueram effigie,  
hinc tibi oculis intueri, nedum animo concipere liceat. Vale, et  
tuum Bellasium perinde (ac ille te colit et obseruat) ama.

INDEX Temporum per que uarie Berzoni  
matibus imperatum est.

ANNI	Ante Salutem Christianam
MCCC	Tyrrenus græcus ante salutem, ante urbem Romam conditam An. DCL ante excidium Troianum CCXX Tyrrenum sunt secuti Thyſci
MCLXX	Troiani
DCXXVIII	Galli celtæ Belloueso Duce
CCCCXXVIII	Galli senones Breno Duce
CCLXVIII	Respublica Romana sue Consules
CCLXIII	Hannibal pœnus
CCXLVII	Ro. Respublica rursus
ANNI	Post Salutem Christianam
CCXXVIII	Dioclitianus, Maximianus Hercules, Diuus Alexander, dux Lupus, Dius Grata,
CCCCLXXI	Odoacer cum Herulis et Tulingis
CCCCLXXV	Theodoricus Ostrogotorum Rex
D XLIX	Bellisarius iussu Iustiniani Imperatoris Constanti nopolitanus
D LI	Gotibi rursus
DLIII	Narses Eunuchus iussu Iustiniani
DLXXII	Albonius Longobardorum Rex, et reliqui Reges

DCCCI	Carolus magnus, et eius soboles usq; ad Berengarium
DCCCXCV	Hungari Bergomum igne et ferro uastant
DCCCCIX	Berengarius extat privilegia, A. DCCCCIII
DCCCCXIII	Berengarius secundus
DCCCCXXII	Rodolphus Burgondia Rex
DCCCCXXIII	Hungari rursus urbem incendiis fedant
DCCCCXXVII	Hugo Comes Arlatensis
DCCCCXLI	Berengarius tertius
DCCCLII	Otho Imperator, et reliqui Germani Casares usq; ad Innocentium
MCXCI	Pugna cum Brixianis de finibus
MCXCVII	Mediolanenses carrocium in Bergomates mouent: agrum populantur
MCXCVIII	Cremoneses et Bergomates mutuis claudibus se se afficiunt
MCXCIX	Pax cum Brixianis de finibus
MCCII	Mediolanenses iterum carrocium mouent, agrum uastant, collonium oppidulum euertunt:
MCCXXXVI	Federicus iunior Mediolanenses superat: Pe- trus Theopolus capitur, Curtenoua solo æqua tur, extant decreta MCCXXXVII
MCCXXXVI	Paganus Turrianus agrum populatur
MCCXXXVIII	Mediolanenses rursus agrum uastant:
MCCL	Innocentius Pontifex



MCCLXI Nobiles Mediolanenses à plebe electi suscipiuntur : Martinus Turrianus Bergomates ob id infestat : Pax fit.  
MCCLXIII Philippus Turrianus imperat  
MCCLXV Napus Turrianus Philippi patruelis  
MCCXC Pugnatur cum Brixianis, induciæ sunt  
MCCC Galeatus Vicecomes Matthæi filius  
MCCCVII Populus Imperat  
MCCCVII Pax discordiarum ciuilium  
MCCCVII Bellum cum Brixianis apud Paluscum  
MCCCXI Henricus septimus  
MCCCXV Ludouicus Vicecomes Matthæi patruelis  
MCCCXVII Matthæus Vicecomes  
MCCCXII Galeatus filius rursus  
MCCCXVIII Accius Galeatii filius  
MCCCXX Populus regnat  
MCCCXXI Ioannes Boemiæ Rex  
MCCCXXII Mastinus Scaliger Veronæ dominus  
MCCCXXII Accius rursus Vicecomes  
MCCCXXIX Ioannes et Lucinus Matthæi filii  
MCCCLVI Bernabos Vicecomes Stephani filius cum eo  
Marcus, Ludouicus, Carolus, et Rodulphus filii, et Regina Scaligera uxor  
MCCCLXXXV Ioannes Galeatus uirtutis comes

MCCCXCI Piper et Scipio decernuntur, cur decurionibus erogantur  
MCCCXCIII Pax ciuilium discordiarum Papie celebrata  
MCCCXCVII Ioannes maria Anglus comitis uirtutis filius  
MCCCXCIII Polus coleonus oppidi tritici dominus fit  
MCCCXCIII Mastinus Vicecomes Bernabous filius  
MCCCXCV Ioannes cognomento Piræginus Mastini ex fra tre Carulo nepos menses circiter tres imperat  
MCCCXCV Ioannes maria Anglus rursus  
MCCCXCVII Pizeminus dies duos urbem occupat, et inde cicitur  
MCCCXXI Pandulphus malatesta Arimini dominus  
MCCCXXIX Philippus Vicecomes  
MCCCXXVIII Veneti  
MDIX Galli imperant, annos duos, menses octo, dies XIX  
MDXII Veneti dies duodecim  
MDXII Galli menses tres dies XIX  
MDXII Veneti annum et dies XIII  
MDXIII Maximilianus dies decem  
MDXIII Populus dies septem  
MDXIII Hispani pro Cæsare dies uiginti quinq.  
MDXIII Veneti dies septem  
MDXIII Hispani annum et menses circiter duos  
MDXIII Veneti mensem unum  
MDXIII Hispani menses circiter nouem

MDXV Populus imperat dies quindecim  
MDXV Veneti menses sex dies quinqs  
MDXVI Imperator mensem unum dies nouem  
MDXVI Populus dies undecim  
MDXVI Veneti

AVTHORES quos sumus secuti

Cato de Originibus gentium et urbium Italicarum  
Alexander Cornelius  
Plinius  
Liuus  
Trogius sive Iustinus  
Cicero  
Strabo  
Lucius Florus  
Ptolomæus  
Eutropius  
Paulus diaconus  
Eusebius de temporibus  
Hieronymus  
Prosper  
Matthæus Palmerius  
Blondus  
Platina

Georgius Merula  
Bosius  
Annales Mediolanensium de Henrico riola referentes.  
Annales Bergomensium  
Priuilegia Francorum et Germanorum Caesarum videlicet  
Caruli Magni  
Caruli tertii cognomento grossi. Anno DCCCLXXXIII  
Caruli eiusdem DCCCLXXXIII  
Arnulphi DCCCXCV  
Ludouici tertii CMI  
Ludouici eiusdem  
Berengarii CMIII  
Berengarii CMIII  
Berengarii CMXI  
Rodulphi CMXXII  
Othonis patris, Othonis filii CMLXVIII  
Othonis patris  
Othonis filii CMLXVIII  
Henrici primi MXXIII  
Henrici eiusdem MXXV  
Henrici eiusdem  
Conradi Sueui MXXIII  
Conradi eiusdem MXXVI  
Henrici secundi MXXI  
Lotharii MCXXXIII



Lotbarii MCXXXIII  
 Lotbarii MCXXXVI  
 Federici ænobardi MCLVI  
 Federici eiusdem MCLVIII  
 Federici eiusdem MCLXXXIII  
 Decreta Federici iunioris MCCXXXVII  
 Decreta Ioannis Boemæ Regis MCCOXXXI  
 Decreta Acii uicecomitis MCCCXXXIII  
 Decreta Ioannis et Lubini uicecomitum MCCCXL  
 Decreta: Bernabouis, Marci, Ludouici, Rodulphi, Caruli, Vice-  
 comitum, et Regine Scaligeræ MCCCLVI  
 MCCCLXVI, MCCCLXVIII, MCCCLXX,  
 MCCCLXXVII, MCCCLXXIX, et ultra usq; ad  
 Galeatum Comitem uirtutis.  
 Decreta Ioannis Galeatii Comitis uirtutis MCCCXCI.

DE ORIGINE ET TEMPORI  
 BVS VRBIS BERGOMI  
 FRANCISCI BELLA  
 FINI LIBER.

ORCIVS CATO, IN HIS  
 quæ de Originibus gentium, et urbium Ita-  
 licarum scripsit, Oroborum stirpis Bergo-  
 mum, Comum, Liciniforum, ait esse: orobii  
 unde origine duxerint ignorare se fatetur:  
 Cornelius Alexander à græcia docet, nominis etiamnum inter-  
 pretatione, quod uitam in montibus degant, Plinius Italie res-  
 gione nona, tradit, Barram orobiorum oppidum interiisse, uno  
 de Bergomates eodem Catone auctore, aliusquam fortunatius  
 sibi sint orti. Trogus Pompeius scribit. Thuscis è sedibus  
 pulsus, Bergomum, Mediolanum, Comum, Brixiam, Veronam,  
 Tridentum, Vicetiam, gallos condidisse, ii quo Duce in Ita-  
 liam descenderint non memorat, Brennum et Senones magis  
 inuit, quam explicat: Liuius Romanæ historie auctor candidissi-  
 mus, Celtas Bellaeso Duce gallorù primos, Tarquinio Prisco  
 Romæ regnante, ad nouas sedes querendas alpes trāscendisse. et  
 apud ticinū, Thuscis acie fugatis, Mediolanū condidisse refert: cū  
 autem celeberrimi duo auctores asserant, Thucos à gallis eictos,  
 et nominatim alter Mediolani conditores exprimat. ad credendū  
 facile

facile adducor: uel eodem uel modico interiecto tempore (si fa-  
teatur quisquam, gallos conditores) Bergomum conditum esse: uo-  
lunt alii sed auctore quod meminere nullo, Trogo forte exce-  
pto, à Brenno conditum: qui annis post Bellouesum ducentis,  
apud Alliam fluium, Romanorum exercitu debellato, urbem ce-  
pit: nominibus ii etiam locorum quorundam, qui à Brenno de-  
riuationem ducere uidentur, plurimum nituntur: tenet apud alios  
fama, Brennum Mediolanum, et Bergomum, urbes quas prius  
penè desolauerat, postmodum instaurasse: Galotus Narniensis  
uir eruditissimus ait, galloorum lingua Bergomum urbem monta-  
nam uocari: aulboorem quem sequatur, tacuit: si à Belloueso com-  
putas, annis sexcentis et duo. de. triginta, si à Brenno duode-  
triginta et quadringentis ante salutem à Christo Iesu optimo  
maximo mortalibus elargitam, urbs Bergomum est condita. Tro-  
ianis alii originem ascribunt, qui post Troie ruinas Antenore  
duce, iunctis sibi Henetis seditione: è paphlagonia pulsus, ad intia-  
mum maris adriatici sinum appulerunt, euganeisq; ciectis, loca que  
mare alpèsq; interiacent, tenere, in posterumq; Veneti sunt ap-  
pellati, pro his Plinii auctoritas fecit, qui ait Venetos Troiana  
stirpe ortos, nec minus Ptolomeo sub Venetia Bergomum pin-  
genti, nituntur: aiuntq; urbem pbyrgie, non longe ab illo, Bergo-  
mum esse: à qua et ab arcibus troianis, que pergama uocant, Ve-  
netos dum urbem in edito conderent, Pergamum denominari uo-  
luisse: et si literarum affinitas obtinet, ut B. litera scribatur, que  
ex Pyrho, Fruge, Helena, Byrruum, Brugem, et Belenam alis  
quando

quando Fabio teste facit: Strabo quoq; tradit, alpes ipsas albi-  
um nominari: uerum inter omnes conuenit, Etruscos ante urbem  
Romam conditam, cis appenninum ad inferum mare, et trans-  
padum coloniis missis: omnia loca, excepto Venetorum angulo,  
qui ut liuianis utar uerbis, sinum circumcolunt maris, usq; ad alpes  
teuuisse: Iustinus ex Trogo ait Teuiscorum gentem, à grecis or-  
tam, qui uniuersam ferme Italiam possederunt: et Strabo enar-  
rat. Atym Hercules ex Omphale filium, Lydum genuisse, quem  
regni successorem fecit: Tyrrenum alterum filium, ita iubentis  
bus sortibus ad nouas querendas sedes emisisse, hunc ex Lydia  
colonis deductis, oram que nunc de illius nomine Tyrreniam  
uocant ingressum esse, que res suadet, ut Cornelio Alexandro gre-  
cam originem referenti facile credatur: accedit quod nec Catonem,  
nec Plinium, qui non multo post celtas, et Senones fuerunt la-  
tuisse, gallos conditores: summo enim uterq; studio conatus est  
originem elicere, quod antiquitatis, et nobilitatis Bergomensis,  
honorificum et ad omne æuum pereme, argumentum est: quana-  
do tam præclara ingenia, et doctrinarum lumina, in re Bergo-  
mensi uel uelusta, et nobilitate, tam sedulo et accurate, sint uersata:  
cumq; satis constet, grecos totam fere Italiam possidisse: et  
tyriscos, qui hæc tenuere loca à grecis ortos et orobiosq; grecos es-  
se, et ab eis Bergam conditum oppidum, à quo Bergomates de-  
scenderint, non absurdum erit originem urbis, à grecis repetere:  
qui annis circiter ducentis uiginti, ante Troianum excidium, ante  
urbem conditam sexcentis quinquaginta: et ante christianorum  
salutem



salutem inchoatam, mille<sup>4</sup> quadringentis: Tyrreno duce<sup>4</sup> Italiam  
sunt ingressi: argumento sunt etiam, græca que apud nos uti he-  
reditaria restant nomina, que suo loco referetur, fidem rei etiamnū  
auget, miræ uetus stas oppidum, quod ad Plinii usq; tempora in-  
terierat. hodie sunt, qui Barrianum uocant: operis antiquissimi  
uestigia, marmorei lapides elegiis inscripti, pauimenta uermicula-  
to emblemate tessellata, in ea hodie uisuntur. Post græcā et Thu-  
scam gētem, gallis paruere Bergomates, annis circiter trecentis sex  
saginta, usq; ad Cornelium Lentulum, et Fuluium Flaccum con-  
sules, qui primi trans padum Romanum exercitum anno ducentes-  
simo sexagesimo circiter octauo ante natalem Dei optimi diem  
duxere, uictisq; insubribus, et liguribus iustum triumphum merue-  
runt: hinc primo Romanorum leges Bergomum recepisse, impe-  
rataq; fecisse satis constat. Aliquot post annos bis cum gallis est pu-  
gnatum, primum cum Britomaro Consule Aemilio, cui hostium  
XL milibus captis, milibus septem desideratis, Triumphus de-  
cretus est: tunc tota Italia bello socia fuit, et à Romanis stabat:  
deinde Marco Claudio Marcello, et G. Cornelio Scipione cō-  
sulibus deuictis, Marcellus Viromarom occiso, copiis ingentibus  
deuictis, Mediolanum expugnauit, grandi præda potitus, opti-  
ma spolia triumphans humeris uexiū, Ioui q; ferretorio, tertia post  
Romulum arma suspendit, inius ditionemq; Po: Ro: insubres  
et finitimi pacatissimi uenerunt: uerum paruo interiecto tempo-  
re Hannibal pœnus Romanis punicum bellum secundum intulit  
apud ticinum P. Cornelio Scipione uicto apud Trebiam Sem-  
pronio

pronio Graccho, amisso exercitu, fugato, ad Thusciam Flamio  
nio occiso, apud camas Aemilio Paulo, et P. Terentio Varrone  
Consulibus deuictis, uiris consularibus et prætoris XXX  
interemptis: Senatoribus uel captis, uel occisis, LXXX. No-  
bilibus uiris CCC: militum XLV milibus trucidatis: et  
paulo post Centenio pœnula centurione cum militum milibus octo  
occiso, G. Fuluo prætoris (amisso exercitu) fugato, ad quaru-  
tum usq; urbis lapidem exercitum uictor mouit, quo fit, ut facilis  
sit coniectura, ne dum Bergomum spe omni et auxilio desti-  
tutum, stragiq; ticinensi et trebiana propinquum, sed totam fer-  
mè Italiam Pœno potentissimo, et superbissimo hosti, annis supra  
decennium circiter septem (quibus Italiam pœgrauit) paruisse: per  
id tempus fidei singulare specimen Bergomates dederunt. quippe  
qui cum ceteræ circa gentes desciuissent soli cum reliquis Ceno-  
manis, in fide manserant, et Romanorum, amicitiam Pœno præ-  
tulerunt, trebianaq; pugna Sempronio auxilio: interfuerunt. Ex  
Hannibalis discessu Romani rursus rerum potiuntur: insubribus  
et Cenomanis non multis post annis. P. Scipione Africano.  
T. Sempronio longo Consulibus, apud Mediolanum gallorum  
milibus decem cæsis Romanorum milibus quinque desideratis, po-  
tissimum imperant: et ab urbe condita anno sexcentesimo ui-  
gesimo septimo, qui ante summum Iesum centesimus uigesimus  
tertius fuit: apud rodanum transalpinos gallos Cassius Longi-  
nus, et Sextus Domitius Caluinus Consules superant: militibusq;  
CL. trucidatis opimam prædam ex torquibus referunt: ex qua  
quidem

quidem re, tam feliciter gesta, tamq; longe hostibus profugatis, a  
parte satis colligitur, cisalpinam et trans padanam omnem regio-  
nem, totamq; ferme Italiam Romanos pacatam habuisse. compro-  
bat uetustissimi Marii elogium, in quo tanta inest uerborum maiestas,  
simplicitas et candor, ut illud qui legerit, nisi penitus sit amicos non  
possit non fateri, se florentem temporis illius rem publicam oculis cernere,  
tale quippe hodie in diui Alexandri tutelaris numinis eade legitur

P. MARIO

VOT.

LUPERCIANO

EQ. R. EQ. PVB. OMN.

HONOR. MVNICIPAL.

ADEPT. IVDICI. DE SELECT.

SACERD. CENINEN. COLL.

FABR. CENT. DEND. M. B. PATRON

CVIVS. EXIMIA. LIBERALITAS. POST.

MVLTA. LARGITIONES. HVC. VSQVE

ENITVIT. VT. LVCAR. IIIIIINAE.

REDEPTVM. A. RE. P. SVA VNIVERSIS

CIVIBVS. SVIS. IN. PERPETVVM.

REMITTERET. HVIVS. TOT. ET. TAM.

INGENTIA. MERITA. ITA.

REMVNERANDA. CENSERVNT.

VT. EFFIGIEM. IIIIV. PERPETVA

VENERATIONE. CELEBRARENT

L. D. D. D.

Decuriones cum primum legi, uim uerbi adnotauit. et statim Ci-  
ceronis elegans epistolium septem scriptum occurrit. quo magis sum  
ad credendum adductus, Romanorum municipium Bergomum  
fuisse, docet utiq; in municipiis, qui publicam rem agerent, decu-  
riones esse: et eodem dignitatis titulo, quo Romae Senatores, Ci-  
ceronis haec sunt uerba: M. T. C. Septem salutem dicit: simul  
ut accipi à Seleuco literas. statim quae sunt à Balbo per codicillos.  
quid esset in lege, rescripsit eos qui facerent praeconium, uetari es-  
se in decurionibus, qui fecissent non uetari, quare bono animo sint  
et tui et mei familiares: neq; enim ferendum erat, cum qui ho-  
die aruspiciam facerent, in Senatu Ro: legerentur, eos qui alio  
quando praeconium fecissent, in municipiis decuriones esse non lice-  
re. Consulibus Caesares succedunt, eorum fuustissima tempora,  
peruetus ad aedem diui Petri lapis. C. Cornelii Minutianum titu-  
los referens testatur, in quo scriptum legitur

C. CORNELIO

C. F. VOT.

MINVTIANO

PRAEF. CHO. PRIM.

DAMASC. TRIB. MIL.

LEGIONIS. III. AVGVST.

PRAET. FABR. CVRATORI.

REI. P. OTESINORVM

IIIIVIRO. I. D. PONTIFICI

FLAMINI. DIVI. CLAVDII

b 2 Bergomi.



BERGOMI. PATRONO  
FLAMINI. DIVI. TRAIANI  
MEDIOLANI  
PLEBS. VRBANA

Admonent nunc me Otesini, ut quibus aliquando minus noti fuerint, notos se facere uelim, at ego rem ad Plinium delego, qui suæ naturalis historie libro tertio ita ait, Nec procul à mari umbrorū Butrium, intus Colonia Bononia Felsina uocitata. cum princeps æthuriæ esset: Brixillum: Mutina: Parma: Placentia: oppida Cæsaris: Claterna: Forum clodii: Liuii: Populi Truentinorum. Corneli: Licini: Fauentini: Fidentini: Otesini: Padimates: Regienses: à Lepido et reliqua: antiquissimi operis complures, et alios mitto lapides, præsentem Regum, Consulum, Cæsaris et Bergomatum, memoriam recensentes: horum aliquando nobis præcipua erit cura. Diocletiano imperante, anno à sacratissimo partu ducentesimo octogesimo octauo, nuntiatur in galia nouos exortos tumultus ad hos reprimendos euocat. Cæsar Maximianum Herculeum, regniq; consortem facit, et Augustum appellat, Is ad munus obeundum se parat, nouum delectum habet: et Thebanam legionem (cuius antesignanus fuerat diuus Alexander) conscribit ex itinere cœni apud insubres deuentum esset, imperat nostrorum templa solo æuari. Christianos quicquid occurrerent diro cruciatus affligi: Alexander qui iam oculos et mentem, ad Iesum optimum maximum, direxerat, idola adorare, et impie in christianos agere recusat: ad Herculeum perducitur.

dire

dire Mediolani casus, et uario effectus supplicio, à Iesu nunquam defecit, in cæcerem teterrimum conicitur. à quo opera Carphor, exanti, et diui Fidelis, liberatus, Bergomum contendit: Herculei apparitores subsequuntur, et in loco non longe ab urbe Prætoria uocato, deprehensum ad uicum Crotatii, in quo Crotatio diuæ Grate auo erat erecta columna perducunt, et obruncant: inde ædes quæ post modum Alexandro structa fuit in columna est dicta: columnæ Plutonis status: et si Plotatii mendose legatur in federat: penes quam Cæsares Idola colebant: tunc Lupus regia stirpe ortus, ducatum ut recentiorum uerbo utar, in urbe agebatur: si lia Grata regio coniuge immatura apud germanos morte amissa: reliquum quod uitæ supererat, in celibatu agere studuit: insigni in Deum pietate mulier. Hæstia socia fidelissima, seruisq; ac citis, ad locum nefandi supplicii, et patris sceleris, diuini mæroris, et lacrymarum plena decurrit: ibi sacrum et maxime uenerandum Alexandri caput, inter casta suspiria, et pios gemitus susulit: interq; ulnas pudicissimas collocat: cadauer sanguine luto, et fædo puluere contaminatum, serui efferunt: præruptis rupibus, iter ad aulam regiam impediens, diui Bartholomei prato transmissio, ad triuium nunc extra temporaneam portam uici pineti, deueniunt: de uia fessi cadauer deponunt, et resident: hinc ædes, quæ postea in testimoniū laboris intermissi structa est: Alexandri à Cruce à triuiū uiarum cruce formante, denominata est, cum satis quiescent, inde mouet Grata, et longo arduoq; in itinere uicarium in laborem succollantibus seruis, ad ædes regia, ubi nunc ma-

b 3 ius

ius Alexandri templum est : sacrum corpus comportatur : et ad  
maximissimis hortulis Grate, solenni pompa humatur : tunc Bergo  
mas populus, summo repletus numine, pia Lupi et Grate opera,  
salutari aqua lustratur : deique optimi fidem primo Idolis eiectis  
excoluit : Lupus Saluatoris ædem in monte edificat : Adleyda  
contiguas pietatem emulata, diuæ Mariæ ueteris, quæ nunc Gra  
tiæ est : et dei Michaelis ab arcu sacella construit : à Bergoma  
tibus Alexander urbis patronus, et tutelare numen habetur : post  
Diocletianum et Herculeum, reliqui Cæsares usque ad Theodosiū  
seniorem : eo Mediolani mortuo, Archadio et Honorio filiis res  
lictis, Imperii diuortium fit, orientali regno Archadio, occidentali  
Honorio delato : à Theodosio usque ad Augustulum, cum quo Ro  
mana maiestas perit, Imperii titulus, et bonus est perductus : nã ab  
Alarico et Athaulpho Visigothorum regibus, urbe captarab At  
tila Hãno Aquileia subuersa, et Mediolano capto, diruto, direpto,  
et incenso, à Genularico Africa et Vandalorum rege urbe rur  
sus occupata, direptionibus, ædibus, ferro, et igne Romanum Im  
perium turbatū potius à sublatum apparuit : nedi præcorū, et iu  
niorū etiam Cæsarū in dies in signa uisuntur monumenta, annis ab  
hinc decem aurea numismata in oppido uetustissimo Barriano, de  
quo uerba supra fecimus e cunctis Valentiniani, Theodosii Senio  
ris, et Archadii filii signata, sunt reperta : nec tacenda est uictoria  
Ricimeris, tunc Mediolani præfecti. Seuro imperante, in Ber  
gomatibus montibus de Biorgore Alanorū rege Italiã inuadere co  
nante paria : sunt qui referant rē in tridentinis salibus gestam : ut  
credam

credã apud Bergomotes, faciunt in primis idonei, quos sequor aucto  
res : deinde nomē ab euentu monti inditum, hodie Presolanam uo  
cāt, quò d captiuitatis alanæ locus ille fuerit, addē quò d et incolę as  
firmant, adhuc caluarias conspici, et ossium aceros in monte ias  
cere, unde uallis, in cuius ditiorē situs est caluariarum alanarum  
mons, cognomē est sortita, et si inereditum uulgu. S. literã . C.  
preponens Scalue dicat, cum Calue dici debeat, nã calua et calua  
ria tã boiū quã Brutorū nudã, et sine carne os totius faciei est  
et caluaria locus etiã est, ubi plurimæ iacent caluę : hinc facile re  
felluntur, qui falsa et inepta quãdã p̄satione imbuti, Bergomatū  
idioma rude, crassum, et incultū dicūt, si græcã Romanãque lingua  
callerent, proculdubio faterentur, Cornelii Alexandrū Orobiorū  
gētem, cuius stirpis sunt Bergomates, à Græcia ortã, recte dixisse,  
nec ificias irent, post græcã gentē à Romanis deductã Coloniã, nec  
in iis, quæ apud eos magis rudia habētur, latentiorē eruditionē, et  
doctrinã secretiorē nō subesse contenderent : nã adhuc Orobii nr̄i,  
gentiliã sermone seruantes, uas potiorū ex hylustri ligno, Napū  
dicūt, à materia deriuata significatiōe, nape . n. et napus, græce syl  
ua est : et cū auritū cantbarū dicere uolunt, perotã græce etiãnum  
agentes appellat, diotã dixit Flaccus Horatius : et niges proferūt,  
pro ninge, quod apud græcos nūc autem, uel nūc utiq, significat :  
et niges etiam latina significatiōe utuntur, pro nimis, aiunt niges  
hic erat, hoc est nūc utiq, hic erat, niges magnus, hoc est nimis ma  
gnus, et gentem suã Brembus Fluius nomine ipso indicat, torrēs  
is hinc atq, illinc rupibus pressus, quanto angustior, tanto magis



pernix delabitur: seq; subinde ad cautium opposita frangit: atq;  
ob id nō sine ingenti murmure deuoluitur, inde per onomatopœan  
nomē assumit, Breuo enim à quo Brembus, græcè, latine resono  
uerbum est: Romana enunciatione dicunt, Amulam, bucellam, mi  
cam, guttam, yamentum, sarmentum, furculos, isthōra, illo, adde  
quod M. Bruti emulatione domesticos brigas appellat, huius como  
di et græca, et latina infinita pretereo: si autem recte ratiocinor  
à discessu Hannibalis usq; ad Augustulum, anni supra sepingena  
tos circiter decem octo uoluntur, quibus Bergomates Romanis  
Cōsulibus, et Cæsaribus paruere: post Augustulum, uacauit oca  
cidentale Imperiū annis trecentis triginta. Odoacer anno à salu  
tifero partu quadringentesimo septuagesimo et altero, hostili herusa  
lorum et tuligorum manu, ab æmulo Augustuli accitus, Italiam  
inuatit: Ticino urbe capta, et direpta, Horeslemq; patricium in  
ea captum, placentiam perducit: et gladio inspectante exercitu in  
terimit: Italiaq; uniuersa per annos quatuordecim potitur: proina  
de Bergomates et ipsi Barbari tyranni imperata coacti fecere:  
Isauricus Zeno orientalis Imperator (ut Italiam fœda barbarorum  
seruitute liberaret) Theodoricum ostrogothorum regē, aduersus  
Odoacrem exciuit: Is ut erat imperatum Italiā ingreditur, Odoac  
remq; ipsum Rauennæ obsessum capit: et captū cum filio truci  
dari iubet: post Theodoricum Italum regnū Gothi tenuere, annos  
circiter cēum quinquaginta: ea tristitia, et uere luctuosa fuere tem  
pora: uidit infelix Italia urbium euerfiones, direptiones, caedes,  
exilia, rapinas, uidit agrorum miserandas populationes, et uastatio  
nes,

nes, crudelia omnia et nefanda est experta. Iustinianus Bizan  
tinus Imperator tantę calamitatis miseratione motus, mente et cō  
silio ad liberandam Italiam se excitat: consilio uires addens, Belli  
sarium strenuum et rei bellicę duccem scientissimum, euocat: Is  
egregie Imperatoris mandata peragens, ualido exercitu Italiā ingre  
ditur, Neapolim capit: urbem Romam à Gothorum seruitio lia  
berat: eius fama ad transpadanos et cisalpinos celebris aduolat:  
prosperi successus ubiq; referuntur: Mediolanenses, Bergomates,  
et populi aliquot finitimi, Gothicę seruitutis longo et molestissim  
mo tedio affecti, ad Bellisarium Romę agentem, legatos mittūt: et  
per eos orant ut se intueatur, et recipiat, pollicenturq; Gothos, ne  
dum à suis sedibus, sed extra cisalpinam totam Galliam, si ope et  
præsidio aliquo iuuentur, se facile eiecturos, imperatq; perpetuo  
futuros: collaudatis legatis, Bellisarius subsidiarias copias, que sa  
tis necessarie sunt usq; expedit: illisq; Mundilam duccem, et bel  
latorem egregium præfecit: qui genuum copiis transportatis, inde  
leui apud Ticinum prælio cōmissō, hilariter ab omnibus susceptus,  
Mediolanum peruenit: Bergomum Gothis eiectis, præsidioq; re  
cepto, Iustiniana insignia erexit: re ad Victigem Rauennę agen  
tem delata: Vraiam ex fratre nepotem cum decem milibus Bur  
gundionum auxilariarum à Theudoberto francorum Rege, ex fe  
dere accitis, ad reuocandas in pristinum obsequium, que defice  
rant urbes, proficisci iubet: Is præsto fuit: castra apud Mediolan  
um fecit, urbem longa, et graui obfisione cingit, uictus tanta ino  
pia laborabatur: ut matres in filios fame actę, tunc de seuerint  
Mondilas

Mondilas ope destitutus, sibi et militi, salute ex pacto concessa, copias deduxit: Gothi urbem ingressi, ferro et igne omnia vastant: non aetate confectis, non mulieribus, non infantibus pepercunt: urbem diripiunt, dirunt, et solo aequant: Bergomates et populi finitimi defectionis socii, horrenda strage perterriti, collarum barbaro iugo submittere coguntur: conuenit inter aulbores, in ea strage supra triginta hominum millia fuisse desiderata: post paulo pari supplicio Victigis affigitur: Raucenae a Belisario obsessus fame compulsus deditiorem fecit: Belisarius victor Byzantium proficiscitur, secumque Victigem captum cum thesauris educens a Iustiano honorifice suscipitur: capto Victige et Gothi Regem creat Idouadum: eo caeso, Totilam, qui tunc, ut aliqui uolunt, Venetiam tenebat: Is undique collecto exercitu, bello rursus renouato, urbem Romam obsidet: Iustinianus pietatis et uirtutis pristinae non immemor, Narsetem eumcubum ob singularem rei militaris scientiam, in Italiam cum ualido exercitu mittit: pecuniasque ad nouum delectum habendum suggerit: ingentibus auxilium copiis Narses, cum Gothis confligit: quos Totila occiso superat, Regem creat Teiam, qui in Campania collatis signis, cum Narsete pugnantem condidit: hic finis regni Gothorum fuit: post quem rursus Mediolanenses, Bergomates, et urbes finitimae tota pacata Italia, ad pristinum Iustiniani Imperium redierunt: eo mortuo, Sophia uxor regnum obtinet, apud quam, Narsetem, qui rebus in Italia ab eo feliciter gestis inuidebant, in suspicionem regni Italici affectati, adducere conantur: ab Italia iubet Sophia discedat,

scedat, et ad pensas et calathos per ignominiam redeat, admonet: respondit Narses talia se necurum fila, quae inimici inexplicabiles nexu aliquando afferrent, ueritus inuidorum aculeos, et aspiduos in se stimulos, uiresque Imperatorias, postquam annos supra decennium septem, Italiae imperasset, Albonium Longobardorum Regem, ex Pannonia acciuit, qui iusto exercitu Saxonum millibus uiginti sibi adiunctis, Italiam per Carnos ingressus, Verona ex ditione capta, totam Venetiam occupat: deinde Insubriam ingressus Mediolanum, ubi persuasus Honorati episcopi, fuerat receptus, fidei datae nullam rationem habens dirigit: Veronam Imperii sedem facit: Albonius, et qui cum sunt secuti, annos supra ducentos in Italia rerum sunt potitissimi: Reges, Republicae, Principes, et alii discant quam horrendas calamitates, Barbarae gentes rerum discordia allecunt, Italiae intulerint, admonenturque, eos, qui externo, et peregrino milite, accito: in regno se teneri, et defendi sperauerunt, uel propriis scilicet saepe eiectiones, uel stragem potius, quam auxilium, sensisse: uolubiles humanarum rerum uices, miserandas tragedias, et uaria in mundana scenam mortalibus spectacula exhibere: Alaricus et Alboaluphus Visigothorum Reges, ad urbis Romae excidium, et Italiae uastationem, perfidia et dissensionem, et tutelarem, Arcadius et Honorii, curantium, sunt uicissitudinis, eodem crudelitatis exemplo, dirum, et horrendum spectaculum Attila praebuit: dum optat uictricem Eudoxam, per Genetoricum Vandalorum Regem, uiolatam a Maximo pudicitiam, Italiae uniuersae tadam, et faciem ardentem intulit: dum quatuor alii per Odoacrem



Odoacrem herulorum et tulingorum ducem, de regia sede Augu-  
stulm eicere, occidentale Imperium, de pristina, et augustali ma-  
iestate, eicere: dum uult Zeno Iauricus, p. Theodoricum Ostro-  
gotthorum regē, Barbarum excutere iugum, calbenas et compe-  
des imponit: dum Narfes auxilium querit, sibi ipsi calamitatem, et  
aliis feruitū attulit: infinita alia uetustiora et recentiora. consulo  
pretero exempla. Longobardi à promissa barba dicti sunt: Al-  
bonio eorum Rege occiso, Cæphim creant: post Cæphim ad tola-  
lendā regū nominis inuidiam, duces constituere, qui urbibus inter  
se partitis: imperabant: hinc primo ducum appellationem fluxisse  
ait Merula: nos in Lupo Bergomensi ducē, uetustiorē deprehē-  
dimus, Arriperto in Longobardis rege mortuo: Ticini Gundiper-  
to: et Perterico altero filio Mediolani Imperio, ex testamento  
relictō: inuicem de regno contendentibus fratribus, mutuasq; insi-  
dias sibi parantibus: Grimoaldus beneuentanus dux, fraterna dis-  
sensione acutus: utrunq; regno priuat. et ut alii uolunt Gundi-  
pertū interficit: lacrymis exulā cōmotus Clodoueus francorū rex,  
ad quē profugerant, de reducendis regulis cogitat. copiasq; in Ita-  
liā transmittit: Grimoaldus Bellandi scientia admodū peritus, occur-  
rit: in cispadana, utrinq; acriter pugnatur: fundūtur Galli, et Ita-  
lia expellantur: Grimoaldus regnū omne obtinet: hic alioquin in  
signi in Deū pietatē, Ioannē Pontificē Bergomēsē, cui ob probi-  
tatis et religiōis singulare specimē, assurgebat oēs, maximo in bono  
rehabuit, Basilicā pharæ in insula fulcheria, q̄ nūc adduana est gla-  
rea, diuo Alexandro sacrā, episcopo Bergomēsī, pio Ioānis merito,  
qui à

qui à praua Arianorum heresi, ad Deī optimi cultum illam euoca-  
uit: cum omni agrorum reditu adscripsit: Grimoaldo Papiæ uita-  
functo, Pertericus Arripertis filius: qui apud gallos exulabat, in  
Italiam descendit: et regnum ui creptum recipit: Alacbis triden-  
tinus dux: elatus uictoria per id tempus de Bauaris parta, in Per-  
tericum mouens facili negotio superatur: eoq; in fugam conie-  
cto, Tridento potitur Pertericus: qui postmodum mitissimā natura  
Rex, precibus Gundiperti filii, iniurias Alacbi ad sanitatem rea-  
deunti condonat: ducemq; Brixianorum creat: Gundipertus qui  
antea fuerat à Patre dum uitam uiueret, regni confors factus,  
imperio succedit: Alacbis beneficii immemor, et qui uirus quod in  
Gundipertum diu conceperat, nondum decoxerat: consilium cum  
Aldone, et Geruasione Brixianis patriciis, de summo uocando à re-  
gno Gundiperto inuit: paratisq; omnibus, quæ ad insidias, et uim  
inferendam necessaria sunt uisa, dum forte à regno abesset Gundi-  
pertus, Papiam infestis signis ingreditur: regiam aulam occupat:  
totiusq; regni ditionem ad obsequium perpulsi, et quasi parum es-  
set, perfidiam et scitiam in regem de se benemeritum, exera-  
cuisse: impiam mentem, et execrandum consilium, in religionem  
uertit: pharrensē cænobium à christiano dogmate, ad Arianum  
attractit, et Bergomensem diui Alexandri eodem iure omni, quod  
in pharrensire, Beneuentani ducis clementia, habuerat: et omni  
agrorum reditu priuat: uerum Deus scelerum ultor optimus, Ty-  
rami insolentiam diu non est passus. Gundipertus ualido collecto  
exercitu, apud adduam Flumen prælium committit: in quo cecidit  
Tyrannus,

Tyrannus, eo cæso copię partim trucidantur, partim fuga salutem sibi quærunt, Gundipertus uictor integro regno, iurę optimo potitur: Antonioq; præfili Bergomensis, summę probitatis uiro, Pbarrensem Basilicam cum Iesu optimi fidei, agris, antiquoq; omni iurę restituit: Munificentiamq; hanc pientissimam amplissimę ex honorificentissimis diplomatis, quę hodie apud nos extant: Charuli magni emulatione, profecuti sunt Charolus tertius cognomento Grossus, Arnulphus, Ludouicus tertius, et Reges alii, qui suo ordine referentur. post hæc Rotaris Dux, Bergomum obtinuit: qui cum Asprando ex pugna apud Ticinum commissa ab Ariperto uictus, Bergomum se recepit: ubi se Regem salutari uoluit: hunc Aripertus secutus iusto exercitu: castris ad mœnia motis, urbem ex obsidione cepit, in qua Rotarim deprehensum, et in opprobrium, quod apud gentem maximam habetur, deactum obrucari iussit: uoluit alii istoc in Laude pompeia gesta fuisse. Inter Longobardorum Reges, iustitia, et probitate, Lutprandus floruit, proprio pede, pedalem mensuram circumscripsit, et correxit, hodie Lutprandum pedem forum uocat: claruerunt et Mulieres, præstanti et summa in Deos pietate, Theudelinda Anteris primo, deinde Agilulphi taurinorum ducis, uxor, Maguntie diui Ioannis Baptistę ædem edificauit: iuq; coronandi Cæsares in posterum reliquit: Gundiperga filia: Rodoldi uxor: sub eodem titulo, Papię templum: et Rodolinda diuę uirgini: et Pertericus maritus Agathę ædem erexere: eadem pietatis exempla non est Astulphus secutus: quem commonefactum, ne in Apo-

stolorum

stolorum rem, quãdã durius ageret, ad sanitatem non redeuntem, Gregorii tertii Pontificis maximi, precibus et lacrymis comotus Pippinus francorum rex: superatis alpibus, ad poenitentiam compulsi: Astulpho Desiderius succedit: et hunc pari prauitate in Adrianum Pontificem summum, et Christi optimi domum, de se ueniens Charolus uirtutis et pietatis paternę æmulus, et heres: Papię ex obsidione captum in gallias relegat: finemq; Longobardis regibus posuit: qui dacentos et amplius annos maxima parte Italię nedom Bergomo sunt potiti. Charolus postmodum anno octingentesimo et altero, a Leone Pontifice, ob insignem in Deos pietatem, et religionem, Augustus appellatus, et a Romano populo salutat: Imperator est: et rebus ab eo magnifice gestis magni cognomen meruit: primus post Augustulum, Imperium Romanum per annos trecentos triginta intermortuum, ad pristinam maiestatem erexit: orbis uniuersi diuisionem fecit: ut Hyrenę Constantinopolitanę Imperatrici orientale: sibi occidentale Imperium obueneret, et additum esset: ut Veneti, et Dux Beneuentanus suis iuuerent legibus, et Imperatorum neatri parerent: urbem Bergomum amplis muneribus, diplomatisq; honorificentissimis, quorum in publicis monumentis iucunda, et eadem pergrata, in presens usq; extat memoria, illustrauit. Charuli secuta soboles, in Italia Imperium annos circiter centum fustissime tenuit: quod in Arnulpho defecit: Longobardis enim tentantibus è finibus a Pontifice, et Charulo præscriptis, erumpere, Romanosq; bello laceßere, auxilia implo-

rata,



rata, Arnulpho non suggerente, Berengarium forouiliensem Ro-  
ma oriundum alii Imperatorem: alii Guidonem Ducem Spole-  
tanum ceant: inter quos orta contentione: et postmodum pugnat  
Berengarius uictor apparuit: Mortuo Guidone, Lambertus fra-  
lius regnum obtinuit, eo uita functo, Lotharium filium Spole-  
tani, et Etrusci Regem declarant: ii tres apud Spoletanos ipsos,  
et Etruscos regnum tenere: at Berengarius insubribus et ce-  
nonans imperabat: totamq; hanc Italiae regionem, quae hodie Lun-  
gobardia appellatur, tenebat: rei fidem afferunt, publica apud nos  
documenta: quibus insignes immunitates titulos, et honores elargi-  
tur: urbem quae paucis ante id tempus annis, flamma, et ferro,  
erudelem in modum ab Ungaris fœdata fuit: instaurari: domos,  
turres, urbis portas, et muros dirutos, soloq; equatos, intra quos tu-  
to Bergomenses degerent, et incolae profugium haberent, excu-  
saria custodiaq; ad incursum Barbarorum, ad id usq; tempus cisalpi-  
nam omnem diripientium constitui possent, restitui, et excitari per-  
misit: tradunt post paulo Arnulphum Italiam ingressum: Bergo-  
mo capto, et in eo Ambrosio comite laqueo enecto: Romam ad  
Formosum Pontificem maximum contendisse: Berengarius sea-  
cundus regno succedit: qui Ludouicum Bufonis regis Burgondiae  
filium, per taurinos primo, deinde per tridentinos, Italiam inuadere  
conantem, superat: captumq; Verone oculis effossis dimittit: Ita-  
liam sibi pacatis, per fœdus cum Hungaris ictum tenere tentauit:  
at Itali Proceres regnum Berengarii perferri: Rodolphum Bur-  
gondiae Regem uocant: qui pulso Berengario Imperium annos  
tres obtinuit:

tres obtinuit: is quae Berengarius primus Bergomatibus concesserat,  
publico monumento comprobatur: Berengarius ad Hungaros  
confugit: qui in Italiae perniciem prouisi, opimae praedae spe, se-  
pius allecti, Italiam Salaro duce ingrediuntur, Bergomum rur-  
sus, Brixiam, Papiam, ac proximas regiones, incendiis, et popu-  
lationibus affligunt: deniq; his excurrentibus et ustantibus, Ro-  
dolpho ignaue opem afferente, nec sedulum praesidium suggeren-  
te, Hugo Comes Arelatenfis acersitur, hic eos primum relegat,  
quorum ope Italiam fuerat ingressus, pollicitationibus eorum, qui  
eiecti fuerant, compulsus Arnoldus Bauarorum Dux, in Italiam  
contra Hugonem descendit, à Veronensibus comiter receptus, Ita-  
liae Rex saluatur. Hugo collatis signis cum Arnolde pugnat:  
et uictor euadit: Verona recepta, Racherius episcopus Veronen-  
sibus defectionis culpa in eum conferentibus Papiæ relegatur: mor-  
tuo apud Hungaros Berengario, ad quos profugerat, Berengarius  
tertius, primi Berengarii ex filia nepos, in Italiam proficiscitur:  
re q; quam cupierat infecta: quò à in se parum fida, et certa noue-  
rit studia, Italia discedit, neq; ita multo post, rursus ingentibus au-  
ctus copiis, rediit: Hugo Itolorum animos, non satis in se beneuo-  
los ratus, manum conferere dubitans de pace cum Berengario ea-  
git: quae in hunc modum est secuta: ut Lotharius Hugonis filius,  
et Berengarius Italiae Reges essent: æquisq; conditionibus Imper-  
rio potirentur: Papiæ Lothario mortuo, Alundam eius uxorem  
Berengarius Mediolani, uel, ut alii uolunt, Papiæ, carcere custo-  
diendam curauit: ne per dotalem urbem, uirum sibi, et Italiae Re-  
gem,

gem, aliquando quæretur: Albertum filium Italiae Regem crea-  
uit: rei indignitate motus, Pontifex Agapitus, ad deprimentā Be-  
rengarii insolentiam, Othronem ex Germania euocat: is Pontifici  
parens, Italiam ingreditur, Berengarium et Albertum apud Ti-  
cinum superat: ueniam petentibus, administrationem Longoborū  
darum urbium, Verona excepta, et Aquileia ditioni suæ seruata,  
concessit: Alundam à uinculis soluit, et uitæ sociam facit: Ita-  
liamq; discedit: post paulo Berengario et filio, iterum rebus nouis  
studentibus, æter situr: eosq; deuicit, et relegat: anni post defectio-  
nem Gallorum Imperii, in Arnulpho, quinquaginta, quinq; uel, ut uo-  
lunt alii, quinq; et triginta uoluuntur: quibus Bergomū, Insulres,  
et populi finitimi, Berengarius, Rudulpho Burgundionum Rege,  
et Comite Arelatensē interfectis paruere, Lotharius enim Pas-  
piæ, titulo magis quam re, sperauit: per ea tempora, Sarraceni et  
Vngari regionibus diuersis, à direptionibus, et Italia usstatione  
non cessabant: à Berengariis ad germanos Cæsares, Romanum  
Imperium est translatum: primus Imperii diadema meruit Otho,  
cui successit Otho ex Alunda filius: ii amplius, et dignis mune-  
ribus, Bergomates decorarunt: Nandinas sistro diui Alexandri,  
numinis tutelaris diæ, celebres quotannis agi uoluerē: earum omne  
uestigial, et prouentum Bergomatibus addixerē: Basilicæ nuncu-  
patæ Monasteriolo, diui Michaelis ad locum Cerethe, cuius uesti-  
gialibus Olei propē decurrentis portum, et nauium stationem, omni-  
um Venetorum, Comacensium, Ferrariensium, aliorumq; nauigio-  
rum ultro

rum ultro citroq; meantium, addito portorio, perpetua liberalitas  
te dicarunt: in regno succedit Otho secundus Othonis filius: Gre-  
gorius quintus supremus Sacerdos, ne in posterum hereditarium  
esset regnum, lege cauit, ne quis legitimus dici posset Imperator:  
nisi quem proceres Germani suffragiis declarassent: hac lege  
Henricus primus de nomine lothi, Gibellinus dictus, Cæsar  
creatur: imperat post hunc Conradus Sueuus, post Conradum  
summa rerum filio Henrico huius nominis secundo defertur:  
borum in publico tabulario hodie honorifica leguntur priuile-  
gia: amplius et dignis uerbis conscripta: Henricus tertius secundi  
filius. Henricus quartus tertii filius subsequuntur: post hos Lo-  
tharius Gibellinae domus hostis acerrimus, et Conradus secun-  
dus, quarti Henrici ex sorore nepos, imperium susceperunt: his  
succedit Federicus cognomento barbarus: qui diplomatibus duo-  
bus, et eisdem magnificentissimis, nobilem, uetustam, et in Bergo-  
mates beneuolam Caroli, Berengarii, Othonis, Henrici, et Con-  
radi memoriam recensuit: eorumq; liberalitatem imitatus, agrum  
latissime est largitus, finesq; ab Oleo flumine ad Adduam, à ualle  
tullina ad butanum casale, agri nunc Cremonensis ampliauit:  
cudendi signandiq; monetam potestatem fecit: Federicum sub-  
sequuntur Henricus et Philippus filii: per id ferē tempus cum  
Brixianis de finibus acriter est pugnatum: Henricus postmo-  
dum Brixianis ita terminos perscripsit, ut illesi essent, quos  
aliis Federicus pater statuisset. uerum ea Cæsaris liberalitas,  
ultra præscriptum possidendi libidinem non expleuit: reuocata  
c 2 to bello



to bello, fines nostros irrumpunt & nec ab iniuria & maleficio ab-  
stinent: ultro citroq; data & accepta clade, pax in hunc modum  
sequitur: ut communi consilio Vulpinum oppidum agri Bergo-  
mensis demoliantur: & limites ab Henrico præfixos Brixiani nõ  
excederent. Per hæc ferè tempora, Mediolanenses Carrociũ in  
Bergomates mouent: agrum uniuersum dies quindecim perpetuos,  
excurrunt, & populantur, oppidida capiunt, & diripiunt: sequen-  
ti anno Cremonense, & Bergomates, mutuis cladibus, dirptioni-  
bus, iucundis, & cedibus, se se afficiunt, & anno post quarto, rur-  
sum Mediolanensis Carrociũ agrum peruagatur, & uastat: oppi-  
dum Collonium euerit, Henrico succedit Otho quartus: Othoni Fe-  
dericus Aenobarbi ex Henrico nepos: Siciliæ Ierusalemq; Rex:  
huius edictum, in annalibus contra prauam hereticorum sectam le-  
gitur: anno supra ducentesimum & millesimum trigesimo septi-  
mo: item decretum in illos, qui hostes contra se, re, & opera, iuuif-  
sent: tunc inter Gregorium Pontificem maximum: & Federicum  
summa erat dissensio: Brixiano agro à Federico ad oleum usque  
depopulato, parem calamitatem Mediolanenses reformidates exer-  
citiũ cogũt. Petrum Theupolum Venetiarum Ducis filium, tunc  
præterram Mediolani agentem, Imperatorem supremum creant.  
Federico obuiãitur, apud Curtenouam agri Bergomensis, acris cõ-  
mittitur pugna: ex militari stratagemate in fugam Mediolanenses  
coniciuntur: Theupolus uulneratus capitur: in Appulos missus tea-  
tro carcerẽ diem obiit: Curtenoua solo æquatur: extant apud nos  
decreta, quibus proditiõnis nota, Oppidani palatioli, & federe cum  
aliquot

aliquot Curtimouæ, Muræ, & Paluschi, Bergomensium pago-  
rum damnantur: in decretis adiecta poena sancitur: ne Bergo-  
mas quispiam, se Curtenouam conferat: & qui eò migrauerint,  
infra præscriptum diem in urbem redeant: Mediolanensis iram  
& odium, in Bergomensẽ uertit, agros, uicos, & oppida,  
ferro & incendiis uastat: paruq; interiecto tempore, rursus pa-  
ri strage, & populatione affligit. Auctor tantæ calamitatis Pa-  
ganus Turrianus fuerat, hostili manu, per saltus uallis saxing  
in Bergomenses transmissa: nec minor fuit, quæ cælo depluit ca-  
lamitas, calamos, & frugem omnem, graui ictu armento, & pec-  
core exanimato comminuit: non possum non mirari Georgium  
Merulam hominem in literis ueteranum, Bergomensẽ proditiõ-  
nis accusare, quod d Barbaro, ut ait, auxilia dederit: uelim dicat, ubi  
legerit, auxilia data Barbaro. Proditor fuisset Bergomas, si con-  
tra Cæsarem quid molitus esset, sub cuius, & proauorum Germa-  
norum Cæsarem Imperio, immunitatibus, titulis, & amplis honori-  
bus, auctus, annos ducentos octoginta quinq; uixerit: satis tunc Ber-  
gomensis, qui nunquam rebus nouis studuit, fuit: Pontifici iniu-  
riam non inferre, & neutrum contra alterum iuuare: se suosq;  
fines tueri: moritur Federicus anno quinquagesimo supra milleste-  
mum ducentesimum: qui fuit à primo Othone ducentesimus no-  
nagesimus octauus: nullo legitime imperante, Bergomum &  
urbes aliquot Longobardæ, Innocentio sacerdoti maximo parue-  
re, per hæc tempora nobiles Mediolanenses à plebe eiectos, Ber-  
gomates ad quos profugerant, comiter suscipiunt: & federe cum

eis isto, Adduam simul trahunt, Locarnum vicum expugnant:  
Martinus Turrianus ingenti manu fit obuius: exules in fugam  
coniicit: et in fines nostros subsequitur: agrosq; ad moenia usq;  
populatur: impares viribus Bergomenses coacti de pace agunt:  
quæ hac adiecta conditione est secuta: ut extorres Mediolanen-  
ses, quorum causa detrimentum illatum fuerat, Bergamo sum-  
mouerentur, pari comitate, et hilaritate, paucis post annis, Ga-  
leatium Vicecomitem Matthæi filium, cum Beatrice uxore à  
Turrianis pulsum, honorificentissime amplectuntur: Beatrix  
ope, et auxilio Bergomensis tuta, ad Actium estensem Ferrar-  
riae ducem fratrem proficiscitur, quid uetera recenscam: et quando  
ætatis nostræ mira et insignia hospitalitatis exempla sese offerat:  
Ludouico Gallorum Rege in insubria, rerum potito: Viceco-  
mites, Cribelli, Landriani, et Mediolanensium alii optimates, Gal-  
lorum odium in se ueriti, Bergomum defugiunt: urbis Præse-  
cti, Veneto Senatu iubente, ne quid contra sedes cum Ludou-  
uico nuper ictum agi uideretur, extorres repetentibus gallis de-  
diderunt rem indignam Bergomates rati, eos qui ad se, ceu  
ad Asylum decurrissent, hostibus dedi, in gallos irruunt exules  
reuinctos libertati restitunt, et clam consilio, req; omni iuuant:  
non miretur quispiam Bergomates tam beneficos, quando apud  
eos, hospitalitas ipsa semper est hospitata: præcipuaq; et flo-  
ruit, et uiguit: hac allecti exules Patuini, ceu ad debitam, et  
hereditariam liberalitatem tempestate nostra, ad nos confluxerunt:  
nec opinione sunt decepti, miro charitatis, et beneuo-  
lentia,

lentia, exemplo, publica et priuata pecunia, ueste, uictu, et  
re omni necessaria subleuati sunt. Patricia gens, quæ Medio-  
lano exulabat, ad Actiolinum domo Romanum, qui pauloante,  
audita patuina ad Alexandrum quartum Pontificem summum,  
defectione, et ob id Ciuium et optimatam patuinarum duos  
decim milibus, quos secum habebat, Veronæ occisis, Brixiaq;  
mox subacta, omnibus formidolosus erat: confugit: oratq; ut  
calamitatis suæ miseretur ac domum reducat: is per rerum nos-  
uarum occasionem, Mediolano potiri confidens, ommissa urcio-  
lorum obsidione, Adduam ponte apud Cassianum iuncto, trahi-  
cit: Henricus riuola uegeti ingenii uir, cercior, per explora-  
tores factus: rem ut erat, per nuntium confestim, Martino Tur-  
riano aperit: itur statim ad arma, et ex oppido Tricio Ty-  
ranno redeunt, cuius arcem frustra expugnare tentauerat, occu-  
rrit Martinus: manus conseritur: Actiolinus duobus saucius  
uulneribus capitur: et Soncinum perductus moritur: Marti-  
nus qui antea Mediolani dominus fuerat appellatus, tunc ui-  
etoria de Tyranno parua clarior, societatis Longobardæ Prin-  
ceps declaratur, accidit utiq; opera Henrici, ut insidia fru-  
stra fuerint structæ: et excidium quod urbi nobilissime, et op-  
ulentissime, Tyrannus parauerat, in perniciem illius recide-  
rit: qui forte non minorem in Bergomates postmodum seuitiam,  
exercuisset, quo fit, ut uterq; Populus Henrico plurimum debeat.  
Martino mortuo, Philippus frater succedit: Bergomiq; in potesta-  
tem redegit: post hæc Napus Philippi patruelis, Bergamo potitur:  
c 4 fugatis



fugatis postmodum Turrianis, Mediolani dominium, et Sacra-  
dotium Obo Vicecomes aggreditur, urbanamq; curam Mattheo  
nepoti tradit, Matheus ab Arnulpho in Longobardis Procura-  
tor, ut nunc aiunt, generalis creatur: tunc Bergamo non impera-  
se, uel ex hoc maxime apparet: quod quæ rebus Vicecomitum  
studebat, Suarda gens, diuitis et afflicta insignis ciecita per idem  
tempus, Bergamo exulabat: sunt qui referant, Galeatum filium  
Bergomum uis, in potestatem redigisse: Vicecomitibus à Tur-  
rianis debellatis, Musca Turrianus rerum positur, post hunc  
Guido, nec hos Bergomi dominium clare habuisse constat: an-  
nis post paulo secutis, nobiles Bergomenses seditione Bergamo  
pulsit: Martinengum profugium, ii rurales eorum domos, quo-  
rum opera fuerant cieciti, diripiunt, diruunt et exerunt, agros om-  
ni populatione uastant: Lanfrancus amicus in eade diui Ste-  
phani, principem tenens locum, et Valens Solarius hereticæ pra-  
uitatis solers indagator, et uitor acerrimus: Philippusq; Vico-  
mercatus, sacrarii diui Francisci curator: et Gulielmus Petrus  
gallus in eadem religione sacrarum literarum professor, uiri boni-  
tate, et religione prestantes, concordia ciuilibus fautores, et cultores  
res precipui, de reditu nobilium, et pace satagunt: quæ illis ul-  
tro citroq; comitantibus, quinto calendas Martii, anno supra mille  
simum trecentesimo septimo, ex senatus auctoritate, Muschino Tur-  
riano prætoris, animis omnium ad lætitiarum excitatis, publicis suppli-  
cationibus, et omni sacrarum pompa, inter mutuas gratulationes,  
et dulces amplexus, promulgatur, et sancitur: et posteritati rei  
monumentum

monumentum daretur: quotannis, sacratissimo die, quo immorta-  
lis Deus, mortalis est homo factus: uniuersus populus uicacim,  
Antistite præeunte, diui tunc Stephani, nunc Domini templum,  
pia ueneratione salutat: in pacis conditionibus Martinengum in-  
uis, potestatemq; populi Bergomensis, oppidanis per legatum id  
approbantibus, obuenit: eò Bergomas magistratus, quem Capi-  
taneum appellabant, ut genti ius dicat: et milites, qui oppiduli cus-  
todiam agant, ab ærario stipendia recipientes transmittuntur: eor-  
dem iure reliqua oppidula, quæ ab extranea, quam illi extrinsecam  
appellabant, factione fuerant occupata, in reipublica ditionem ue-  
niunt, et imperata faciunt: perpetua abolitione omne uel ex fuga,  
uel exilio detrimentum, rapina, iniuria, insidia, cædes, incendia, et  
direptiones, captiuis utriusq; ad pristinum restituit libertatem, inui-  
cem condonantur: ad hæc tempora Bergomas nullius addictus im-  
perio, libertate gaudens, et suis uiuens legibus, democraticam formam  
obtinebat: is ut sanctum reconciliatæ gratiæ fœdus uiolare ne-  
mini liceret, quingentos primo, octingentos deinde, probitate, et  
uiribus præstantes, qui pacem et publicam urbis libertatem armis  
protegant, creat: bis ætatis illius titulo Capitaneos octo, uexilife-  
ros quatuor præficit: additq; Consules duos: et Scribas totidem,  
quibus erat negocium legionem recensendi ut quando uel morte, uel  
re alia, diminuta esset: supplementum procurari posset: duo  
rum Alexandri, Stephani, Laurentii, et Andreae, portas Cas-  
pitanei, partito inter se officio, ita custodiendas suscipiunt, ut bini  
cum uexilifero singulas tutarentur, ex quingentorum numero, tres  
ex singulis

ex singulis uniuscuiusque porte uico, quos credendarios, appellarunt, creantur: uniuersis uero ordines, bona fide publicam rem, et dignitatem sine fraude curaturos iureiurando sese, obstringunt: exacto spacio semestri, à munere uacant omnes: et noua rursus sit creatio: publico etiam cautum est decreto ut Singuli per se armamentarium priuatum, gladio, lancea, thorace, galea, et scuto publica pictura insignito, munitum et instructum haberent: ut quando ad sonum publici æris ad arma conclamatum esset, armis protecti uiriliter prodirent, et ad aulam prætoriam concurrerent, mandata à Prætoribus et à republica, quæ communi rei conducerent suscepturi, reliquis populus in armis et sub signis stare suos uniuscuiusque protegens uicos, quos ultra progredi, ex lege non licebat: si quis alicui ordinis quingentorum, communem rem procuranti, uulnus intulisset, exilio multabatur, ius, et omne publicum munus adimebatur, capitale erat si occidisset, bona diripiebantur, publicabantur, hæredibusque occisum adiudicabantur. Per id tempus bellum cum Brixianis uigebat, communi consensu dierum duodecim induciæ fiunt: populus uterque legatos creat, quibus Palatiolum diem ad conueniendum (ut ibi de pace agatur) edicit. Anno post decimo septimo iidem Brixiani, cum iusta nulla nocendi subesset causa: in temporum licentiam, odium diu in nos, immerentes conceptum effundunt: iactantesque latrocinia, iniurias, direptiones, laudem plurimam, infamiam nullam habere, insustis signis turrim muræ oppiduli agri nostri, oppugnare, et diruere conantur: Bergamo

gomas animorum, et roboris plenus, occurrit: acriter apud Palatiolum pugnatur: plurimis utrinque caesis, et conuulseratis, æ quo Martius à pugna est discessum: rursus Turriani à Vicecomitibus expelluntur: Henricus septimus Bergomatibus ultro se deditibus imperat: Mattheum Vicecomitem copis: Ludouicum Matthei patrualem, Bergamo preficit: ad annum decimum quintum supra millesimum et trecentessimum: Extorres Bergomenses in Ludouicum irruunt: pugnatur intra moenia: funduntur Extorres, et plurimi cæduntur, Mattheus deinde, non tantum Bergamo, sed Mediolano, Laudi, Placentiæ, Nouariæ, Vercellis, Aquis, Alexandriæ, Deribonis, Papiæ, et Cremonæ dominatur: post Mattheum, Galeatus filius imperat: hos Ioannes uigessimus secundus Maximus Pontifex, execrat: quòd Aycardum religionis prædicatorie præfatum supremum, quem Mediolanensis sacerdotii Antistitem designauerat: urbe, et sacerdotio prohibuissent, inquit: id Ioannem Matthei filium primo delegissent: et Ludouico Bauaro Mediolani regium diadema usurpanti fauissent. eodem quoque tempore Bergomas populus sacris interdicatur, quòd Vicecomitibus, qui impiorum numero habebantur, paruisset, quodque Vicecomitem, et Bauari adulterini Imperatoris commodo, à sacerdotibus tributa exegisset, Nuntiosque Petri Corbarii pseudo pontificis suscepisset: tradunt aliqui Bauarum de itinere Bergomum diuertisse, in annalibus hodie legitur, ueniam à Benedicto duodecimo impetratam,



impetratam, et diuo Benedicto aram in æde pontificia erectam,  
ad quam in monumentum, expiatæ culpæ, quotannis solemnè pom-  
pa, diuina celebrantur: et pauperes elemosyna iuuantur: post Ga-  
leatium Accio filio Bergomenses paruere: post hunc, urbis do-  
minum populus recipit: supremum magistratum, quem populi  
ætatis uocabulo protectorem appellabant, creat: Ioannis Boemiæ  
Rex à Brixianis accersitus subsequitur, huius decreta in publicis  
monumentis hodiè leguntur: huic Mastinus Scaliger Veronæ do-  
minus succedit. Actius rursus uicecomes post Scaligerum impe-  
rat: cuius etiam apud nos decreta extant: hunc subsequuntur Ioan-  
nes et Luchinus Matthæi filii, et horum publica documenta inter  
amiales leguntur: ii muros ædificioris arcis, quam Capellam uocant  
ædificauerunt: docet elogium in muro emaculatum, quod et si ine-  
legans, ueritatis tamen index est: tale quippe legitur anno milleno  
tricensimo, tertio quideno. Vir prudens Dominus Niger è Pirouano  
natus, Pergami Rector, Capitaneus atq; Potestas, pro excelsis Do-  
minis nostris Ioanne, Luchino hos condi fecit muros, in tempore  
dicto: bis Bernabos Stephani filius succedit: ubiq; per id tempus  
latrocinia, ubiq; rapina, ubiq; cædes, et gladiatorum impunitas:  
Simon pistoriensis ad latrones arcendos præfectus, scelorum o-  
mnium particeps, cum latronibus consentiebat, nouis atque inaudita  
uestigialia indicebantur, sordidissima quæcunq; tributa, nullo re-  
rum uel hominum genere omisso, imperabantur ad alendos  
uoluptuarios canes, priuato cibario, amonæ caritate tanta  
quanta

quanta uix ulla unquam, cogebantur ciues: cum Bernaboue im-  
perant Marcus, Ludouicus, Carolus, et Rodulphus, horum et Re-  
ginæ Scaligeræ matris, decreta hodiè etiam apud nos leguntur, Ber-  
nabos postremo capitur: Tricium perducitur, et in captiuitate mo-  
ratur: Ciuitas anno octuagesimo quinto supra millesimum trecen-  
tesimum, quarto idus maias, die, quo diui Pancratii festum celebra-  
tur, Ioanni Galeatio uirtutis comiti, ex Galeatio fratre nepoti, qui  
primus Mediolani Dux declaratus est, obsequium præstat: uniuersus  
populus ad lætitiã, animis omnium, choreis, tripudiis, mutuo  
epulo, exhilaratis, se excitat: nec propterea in agris, uallibus, et  
montibus, nefanda factionum studia quiescebant: erant in armis  
pernitentem incumbant: direptiones passim: uille pecore, armen-  
tis, gregibus ablatis, solo æquate: Pax demum ciuiliũ discordia  
rum Papiæ celebrata subsequitur: quæ hodiè in amalibus legitur:  
legitur item ordo consilii publici ad centum et quadraginta nume-  
rum: in bimestre spatium, rerum summa decurionibus duodecim  
tradita, biennio uniuersi decurionatus officio funguntur: exiatq; tre-  
centorum alter ordo quini, et bis deni creantur: ii dum ex tribu-  
ta potestate duodecim singuli creant, trecentesimo numerum ab-  
soluunt: aliiq; centum additis, præter sacrum iureconsultorum cole-  
gium, et scribarum ordinem, quadringenti sunt: hos generalem  
credentiam appellant: coibant raro, et nisi cum de summis rebus  
agebatur: reliqua omnis potestas, et aris publici administratio, pes-  
nes duodecim erat: Scyphorum et piperis non prius quàm tunc  
decreta

decreta sunt munuscula: solis iureconsultis, et scribis impertietan-  
tur: ut quando in senatu de re graui, decernendum esset, sincere  
iureconsulti dicerent sententiam, et consilio publicam rem iuu-  
rent: Scribae quoque caste in acta, placita redigerent: nec quispiam  
munusculum miretur: res arcani mysterii plena est: hinc proa-  
uorum prudentia, iustitia, et bonitas discerni potest: pipereis  
duo sunt genera, alterum longum, alterum album: longum ex  
siliquis nondum dehiscentibus deceptis sole quoque tostis fit: quod fa-  
cillime corrumpitur, et adulteratur: album paulatim siliqua  
dehiscentes per maturitatem ostendunt, et deinde tostum soli-  
bus, colore, rugis quoque, ut Plinius testatur, mutatur: hoc incorru-  
ptum est: hoc minime adulteratur: hoc ueteres Patres conscri-  
pti munusculum esse uoluerunt: quod hodie etiam decurionibus  
erogatur. depredauerunt enim uiri sapientissimi in pipere omnia  
inesse, quae pariter in consulente, Senatore, et scribis deside-  
rari debent: albedo fidem, quam albo uelatum pano colebat an-  
tiquitas: maturitas prudentiam, rugae grauitatem, incorruptio  
sinceritatem ostentat: admonet ergo uos Senatores optimi pi-  
per, in decernendo, rebus prudentiam adhibere, dum suffragan-  
tes manus ad loculos affertis, munditiam et sinceritatem cogi-  
tare, in obundis quae sancta sunt, fidem custodire, et senato-  
riam grauitatem suo loco, et gradu seruare, Scyphorum cele-  
britas apud Deos et Heroes, maxima semper extitit: Apolo  
et Neptunus à Laomedonte pacti pocula, Troiam condi-  
dere ab Homero Nestorem poculum magnifice decantatur:  
fortium

fortium erant istaec praemia: adde quod in poculo, nihil non ue-  
nerabile est: religiosa et mystica subest ratio, quae quasi cum aliis  
quo numine se ostentat. et nobis piam calicis Iesu salutaris,  
memoriam duobus sacratissimis diebus, quorum altero homo na-  
tus est, altero ab inferis uictor rediit, suggerit: ad annum no-  
uagesimum octauum supra millesimum trecentisimum, ex opa-  
pidulis Galerano, Sencino, Antinate, Fontanellis, Coto, et Ru-  
mano uirorum et mulierum ingens multitudo, sublata cruce ex-  
citata est: linteis albis capita uelati, praecuntibus sacerdotibus, Deo-  
rum pacem piis uocibus, et supplicationibus, implorantes, ad subur-  
banum ruscum coloniolam deuenere: epulo comiter ab Ioanne  
Suardo equestri ordinis uiro excepti, ad urbis deinde portas Co-  
loniolam et Oxianam applicuerunt: Bergomas populus rei no-  
uitate ductus, accurrit, hilariter hos intuetur, et fouet: conciones  
sacrae fiunt: item diis diuina omnia officia, ad pacem Deorum  
impetrandam redduntur: uiri ac mulieres Bergomates, cum hac qua  
sanctam societatem appellabant, sese iunxere, uelimenta quoque pariter  
lintea sumserunt: omnes una ad montem furensem arci subiacentem,  
conuenere: inde non ita multo post mouentes plana, ualles, montana  
loca, totius agri perlustrauerunt: praecuntibus Antistitibus sacerdoti-  
bus uel diuorum Alexandri, et Vincentii, uexilla gestantibus: ubique  
concionabantur: sacrae supplicationes fiebant: gentes uniuerse  
religione motae: piisque exhortationibus facile parentes, simulta-  
tes, odia, domesticum uirus, intestina bella deposuerunt: mutam quoque  
pacem amplectentes, iniuriarum omnium, rapinarum, caedum  
secuta



secuta est oblitio: uniuerso ferè peragrato agro, & eodem die bes  
ne iuuantibus pacato, ad farrensem collem, unde mouerät, rediere:  
dicuntur hominum mulierumq; numero recensio, supra sexdecim  
millia fuisse: hæc sacra Societas edicto prætorio dissoluta est:  
formidabat nec colluuiæ contagioneq; hominum, pestis increbra  
sceret: fuerat enim is annus pestilentia insignis: in nonnullis dia  
riis scriptum legi: in urbe agro ue hominum supra uiginti millia  
ui morbi fuisse assumpta: nono calendis augusti anno primo ula  
tra millesimum quadragentesimum, in templo diui Andreæ marty  
rum domneonis, domnonis, & Eusebiæ: (Bergomenses fuisse  
eulogium docet) diuorum item Narni, & Viatoris, duobus dunta  
xat interiectis diebus, in æde diui Alexandri, cadauera reperta sunt,  
è diui Narni calua, nitida & perennis scaturit aqua: quæ religiose  
epota ægrotantibus admodum proficere creditur: eadem etiam  
numina agris siccitate laborantibus, si rite sacro peracto à sacer  
dotum collegio, & populo saluentur, secundam pluuiam clara  
giuntur: per petuos item & noxios imbres sedant: Virtutis Cos  
mes in oppido Meleniano calendis Septembris anno millesimo qua  
dragesimo & altero moritur: Ioannes Maria Anglus filius suc  
cedit: ad hæc circiter tempora: Gens Pandulphi Arimini domini,  
qui tunc à Facino cane obsidebatur in oppido Berba, Tricium op  
pidum occupabat: ad quod ceu latronum asylum malefici homines,  
passim confluebant: rapinis, incendiis, & dibus, captiuitate, pecore,  
& armento abactio, transaduanos cisaduanos ue sine ullo discrimi  
mine infestabant: tanta rei indignitate motus, Polus Coleonus, ut  
se suosq;

se suosq; & omnem adduanam oram, à maleficio & fœda ue  
xatione liberaret, collecta ingenti suorum manu, ad motis ad ma  
ros scalis, animorum plenus, uiriliter oppidum expugnat: & pos  
tatur: captiuos qui diris cruciatibus uncti torquebantur, liberat:  
predones fugat, & se oppidi dominum declarat: ex eo Polo  
natus est Baribolomeus, uir ille rei militaris scientia clarus & fu  
cile ætate sua Princeps: Is post tot & tam egregia facinora, uis  
dequaq; ædita summus Venetorum Imperator moriens statum  
equestrem meruit: quæ hodie in area delubri diui Ioannis Poli  
Venetiis cernitur: quam ob rem fausto quodam fato factum est  
ut uiuus Polus mortalem, mortuus immortalem Polum parentem  
alterum nactus sit. Anglus urbis Imperium Mastino Bernabo  
uis filio, sub titulo census, quem hodie feudum uocant, tradit: hu  
ius in annalibus extat memoria: post annum & menses circiter sea  
ptem in salibus, quas nunc urbis præfecti habitant, diem obiit: Ioan  
nes cognomento Pezeninus, ex Carulo fratre nepos: Imperium rea  
cipit: quod breui deposuit, Hestor Bernabouis adulterinus filius,  
ab oppido Soncino mouens, cum equitibus circiter quinquaginta,  
Bergomum eò consilio clam ingreditur: ut urbem nomine Pan  
dulphi Ariminenfis, qui Brixie tunc dominus erat, occuparet: pa  
tesfecti insidiis à Stangalino Paludensi tribuno militum Ioannis  
Mariæ Angli, ad aream diui Leonardi capitur: & Mediolanum  
mittitur: orta erat suspicio, Pezeninum, qui tunc ad oppidum Son  
cinum se continebat, cum Pandulpho, & Hestore consentire: &  
propterea populus ad domos eorum, qui in urbe publicum munus,  
d nomine

nomine Ioannis agebant, occurrit, captiuos ducit, domos diripit: ea  
quibus qui cum Hestore capti fuerant, arreptis equis donata lie  
bertas: Stangalinus (ut integram urbem Anglo uendicaret) mu  
nimenta, quam Ciuitatulam appellant, expugnare nititur: pu  
gna committitur: loco prefectus, cum diuturna pugnae sufficere  
nequiret: et iam subsidii nullam uideret spem: dedicationem sus  
cit: quod itidem a diutioris, et inferioris arcis prefecti fecere:  
quam ob rem omnia in ius potestatemq; Angli rediere, nec propte  
rea Pezeninus, qui menses circiter tres tantum imperauit, ani  
mo quiescebat: Vrganum petit: Verdellum excurret: Suardo  
rum domos exurit: deinde Spirantum diripit: retro mouens ex  
Vrgano cibariis omnifariam arreptis, Martinengum, quod in Pans  
dulphi potestate erat: contendit: ad quem motum, Facinus canis,  
cui a Ioanne Maria Anglo Mediolani Duce summa totius mia  
litiæ demandata erat: addua traiecit se Spirantum recipit: co  
piis dimissis per plana agri Bergomensis: omnia rapinis, et pos  
pulationibus patebant: Petrengum: Roxianum: Alzanum, et  
alia aliquot loca direpta, qua partibus Pezenini studere crede  
bantur: Accole Spirantum captiuos perducuntur: proinde ager  
uniuersus ultero citroq; data et accepta clade, fœde uisitabatur:  
post hæc Facinus et Franciscus Vicecomes, ille cis, iste trans,  
adduam, eodem tempore (Anglo iubente) Tricium uel ui, uel  
obsidione, ad oriri tentant: exercitus mouent: munitionibus cir  
ductis: tormentis bellicis admotis, frequentibus ictibus utrinq; oppi  
dum quassant: Ioannes coleonus iuris ciuilibus, nec minus artis milita  
ris scientia

clarus: Testinus item ex Guardino geniti: necnon Po  
lus et Petrus, ex Guidotto fratres, strenue se tutantur: quæ  
interdium damna tormentariis machinis inferebantur, noctu aggestis  
aggeribus corrigebant: postremo cum rem se frustra tentasse  
cernerent spe omni potuendi oppidi abiecta de induciis agere  
coeperunt quæ inter Ducem Mediolani, et gentem coloneorum  
ad menses tres sunt secute. Transactis induciis, non minore animi  
ardore, Dux Anglus se in perniciem coleonorum excitat:  
materiam omnem lignariam, ad pontes iungendos, ad uallum, ad  
munitiones circumagendas, ad aliasq; bellicas machinas struen  
das, Mediolani parat: quæ omnia plaustris aduectis Tricium  
conuehantur: summa rerum Iacobo uermenesi data et Galea  
tio mantuano, qui cum equitibus circiter mille, peditum tribus  
milibus, ponte effecto (ut ultero citroq; commeari posset) Tri  
cianam expeditionem adsumere adituntur: uerum cum cerne  
rent ui, et armis, forti et acerrimo hoste propugnante, expu  
gnationem ex animo non facile posse succedere, uallo et mu  
nimentis oppidum cingunt: credentes hostem ad dedicationem com  
pelli posse. Expugnatis nonnullis in cisadduana insula oppidus  
lis, quæ in coleonorum potestate erant: et apud Medolacum ex  
istitu oculi iaculo Baliste eruti, exanimato Duce Mantuano:  
Vermenesis Dux alter, ualida custodia relicta, quæ munimenta tue  
retur: et compelleret hostem intra oppidum se continere: cû res  
liquo exercitu ad depopulandum agrum Laudensem discedit: qua re  
cognita Coleoni erumpunt, sulca impressione munitiones subuertunt:  
d 2 igne, et



igne, et ferro uasant, custodes paucis admodum captiuis truci-  
dant: tormentis, bellicisq; omnibus machinis, potuntur: et se fe-  
lici euentu ab obfisione foluunt. Dum hæc geruntur: Ioannes Pe-  
zeninus res nouas moliri non defiftebat: clam inito confilio cum  
Petro domo fuere iureconfulto, et à confciis confilii, diui Lauren-  
tii porta patefacta: urbem cum æquibus quadringentis, peditibus  
centum quinquaginta manè ingreditur: ex improuifo aduentu ad-  
modum titubatum est: Suarda gens, quæ urbis regimen (ni Peze-  
ninus præueniffet) traditura proximè erat Carulo Malatesta ori-  
minenfi, quem dux Anglus urbis præfectum creauerat, fugam ar-  
ripuit: Petrus Gulielmi cum filio et uxore, aliisq; domesticis in  
edes præfecti confugit: cibariis pro temporis anguftia raptim col-  
lectis, et importatis: seq; ad uim Pezenini propulſandam munit:  
Ioannes Suardus ex Verdello mouens, cum peditibus trecentis, clam  
se Petro iungit: cognito Ioannis aduentu Pezeninus, omnibus in  
area tunc noua suis collectis copiis, legatos ad Suardum mittit: bor-  
tatum et oratum, ut loco excederet, et se secum iungere uelit:  
ut pariter tutela, honori, et commodo urbis confulant: legatis re-  
ſpondit, irent, abirent, et Pezenino nuntiant, ad fidem ſuam perti-  
nere, dignitati et honori Angli ducis domini ſui confulere, pro quo  
non opes modo ſed ſanguinem effundere, paratus eſſet: legatis cum  
malo reſponſo dimiſſis: paulo poſt agmine factò erumpit, et obe-  
uiam prodit Pezenino: pugna apud ædes Gentilini Suardi conſe-  
quitur: quæ diu anceps fuit: poſtremo omni ſpe Pezeninus et au-  
xilio deſtitutus, conſilii inopi Bergomo cedit. Poſt hunc Pandulo  
pbus

pbus Ariminenſis Bergomum occupat: Pandulpho cieſto: Pli-  
lippus maria uiccomes, imperat: Is amo uigeſimo octauo, deinde  
trigeſimo tertio, poſtremo quadraſeſimo et altero, ultra qua-  
dringentimum et mille fœderibus tertium iſtis, ſolemni pacto  
ne Venetis Bergomum, et Brixiam tradit: ea fœdera atque  
eam pactiõnem Franciſcus Sfortia ac deinceps Galeatius filius  
perpetua ſanctiõne firmant, et celebrant: Bergomum tenere  
Veneti annos octoginta unum: his temporibus tertius decurio-  
num ordo erectus eſt: et in eo ſacrum et uenerandum reſidet  
myſterium: ſeptuaginta duo ſenatores pia diſcipulorum ſeruator-  
is noſtri æmulatione creantur: ex his duodecim apoſtolos refe-  
rentibus, præſcriptum munus per Bi-meſtre ſpacium deſerunt:  
urbis bonitate, æquitate, et ſingulari Reipub. Venetæ iuſticia  
accolis, opibus, ædificiis mirum in modum aucta eſt: pax et ci-  
uium concordia, quæ tam diu temporum iniuria deſiderabatur,  
tum primum ciuibus ſe ſe oſtentare cepit: domesticum uirus,  
et odia inſterna hebetari: libera erant coniugia, ſoli mores, ſo-  
la animi dotes ſpectabantur: magna erat dos parentum uirtus,  
Belli nomen ignotum, militares moleſtitiæ neſciebantur. Verum  
beu huic diuturna tranquillitati, triſtitiæ et luctuofa tempora ſuc-  
ceſſere, quæ utinam diu faxint, ne poſteri ſentiant: Ludoui-  
cus gallorum Rex, amo ultra quingentimum et mille nono, de-  
cimo quinto calendis Iunii Venetorum exercitu apud Pandrum,  
glareæ adduane oppidulum, hominum ferme quindecim milibus  
occiſis, ſuſo fugatoq; uictor ad Muntii uſq; ripas progreditur:  
d 3 facili

facili negotio Piscariensium munimentis in potestatem redactis  
substitit: nam amnem transgredi ex federibus non licebat: ita rea-  
bus dispartitis, ut quæ Venetorum ultra Mintium fuissent, ea om-  
nia Maximilianus Cæsari cederent: Gallus itaq; Crema, Bergo-  
mo, Brixia, Cæsar Verona, Vicetia, et Patavio potitur: Veneti  
tunc ad margines estuuariorum, cum reliquis exercitus, sese  
continebant: novam occasione[m] expectantes, quæ paucos post dies  
se obtulit: Nicolaus urfusus Piutiani comes Imperator clarus  
genere, factis, fideiq; tum etiam etate uerendus, ac usu belli ge-  
rendi scientissimus, et Andreas Gritus legatus uir impiger, et  
ad omnia præclara audenda promptus, ex populo Veneto, nec non  
ex agris, quibus dominabatur, ac iis hominibus, qui magis ad arma  
expediti crederentur, cum reliquis copiosis, omnibus imperato silen-  
tio, sese clam nocturno itinere mandant: sub diluculum Patavium  
incautum aggrediuntur, per portam, quam caudam longam uocant,  
irrupunt, alemanis quibusdam, qui urbis custodiam agebant, par-  
tim occisis, partim in arcem fugatis, aliquot captis ciuibus, qui ca-  
sariensis partibus studere uidebantur: urbem obtinent: hinc Vene-  
ti qui paulo ante, omni spe, et auxilio penè destituti fuerant: tunc  
primum animos erigere, et feliciores successus sperare coeperunt:  
qua spe in posterum non sunt frustrati: Bergomatibus Rex Chri-  
stianus leges dat: urbis præfectum Antonium mariam Palauici a-  
num creat: prætorem Augustinum Panigorolam iureconsultum  
grauissimum, uirum doctrina et integritate egregium, bonitate et  
uiciorum usu eximium: urbi ex ærario dono dat annua aureorum nu-

morum

morum millia quatuor, ordinem senatorium summa æqualitate, ceu  
concordiæ ciuilis fautor præcipuus, constituit: mirum in modum  
Regis munificentia, æquitas, et iustitia extollenda: annos duos,  
menses octo, dies decem nouem imperauit: Andreas Gritus ex  
consilio cum comite Alouisio aduocato inito, Brixiam admo-  
tis ad portam turris longæ scalis, clam ingreditur, et Veneto-  
rum ditioni restituit: ad quod nouitium Aæcole agri Bergomens-  
is erecti ad arma sese acinxere: miles Gallicus, qui Bergomo  
præsidebat, motum agrestium ueritus, et ne quid noui Brixia-  
norum exemplo plebs moliretur, reformidans, urbe discedit: Aæ-  
cole urbem introeunt: Ciues sese colligunt: septem uiros creant,  
quibus urbis cura demandatur, Federicus contarenus, cum equita-  
bus leuis armaturæ quingentis, urbi præsidio accedit: Galli qui, Bo-  
noniam occupabant, cum primum Brixiam à Venetis captam  
nouere, gallico furore acti, fremunt, et frendunt, unanimiq; con-  
sensu, et pari ardore, ad eam recuperandam, animum intendunt:  
Duce Odeto Foyz iuuenè regia stirpe orto, et bellatore es-  
gregio, perpetuis itineribus Brixiam contendunt, eamq; exere-  
citu cingunt: equites circiter ducenti, cum peditum duobus mila-  
libus, dimissis equis, arcem que aduoc, in Gallorum pote-  
state erat, ingreditur: qui postmodum omni armatura eque-  
stri tecti, spiculo et lancea muniti, pedibus, egregio sanè  
memorandi facinoris exemplo, ex arce in urbem descendere:  
ad portam quam Garzettam appellant, pugna committitur: mi-

d 4 lites



liter quos stratiotas uocant: gens quippe imbellis, et pauida, tu-  
tisq; rapinis tantum apta, pauore perciti, reſerata diui Naza-  
rii porta, erumpunt: hanc naſti occasionem Galli imprefſione  
facta irrumpunt: oppidum gallico ululatu inuadunt: militibus  
ignauis repugnantibus, totius urbis uicos excurrunt: oppidanis  
paſſim ſenibus, iuuenibus, pueris, mulieribus, militibusq; in uitis  
reperitis, ferro ſine ullo discrimine abſumptis, urbem (militi preſ-  
ſa conſeſſa) diripiunt: in captiuos nullo cruciatus genere omiſſo  
crudeliter deſeruiunt: quos quamuis ad Deorum aras, uiderent con-  
fugiſſe: tamen inde abreptos dirum in modum trucidant: delubra  
ſanguine et direptionibus ſedant: comes Alouifiſus aduocatus in-  
ſpectante exercitu obruncatur: Ventura ſenarolus ex coniuuratis  
unus, ſeruituti mortem anteponeus, gladio Catonis utienſis exem-  
plo ſe transfodit: Andreas Crittus legatus, Antonius Iuſtina-  
nus prætor captiuus in Galliam mittuntur: poſt hæc publico præco-  
nio Bergomates rebelles declarantur, et militibus urbs diripienda  
conceditur: hæc ubi Bergomates audiuere: primo terror pa-  
uorq; deinde mæſticia, omnium animos inceſſit: et tremor uir-  
diq; urbem circumuafit: nec inops modo conſilii, ſed uix mentis  
compos erat: populus frequens it in comitium, legatos creat O-  
liuierium auguſtum iureconſultum grauiffimum, et Francſcum  
Bellafinum à ſecretis uicium qui conſeſſim Mediolanum conten-  
dunt: aduentq; Cardinalem cognomento Samalo, penes quem ma-  
gna in Gallicis rebus miſtrandi, à Rege poteſtas et authori-  
tas erat

tas erat: ad genus prouoluti orant, obteſtantur et obſecrant ut  
urbis inſontis miſereatur: cum malo reſponſo dimiſſi, ad Ioan-  
nem Iacobum Triulium confugiunt, ſupplicesq; imminenti ſtra-  
gi, et propinquo excidio, opem implorant: benigne preces Triul-  
tius admittit: et ut erat homo non minus clementia, quam belli  
uſu clarus, tabellarium citiſſimum, mutatis ad celeritatem iumentis,  
cum literis Brixiam ad Odettum Foyſ expedir: quibus hominem  
admonet, ut à Bergomenſi populatione abſtineat: iam ſatis et  
forte ſuper quam ſatis, in Brixianis ſæuitum eſſe: et ageretq; ſi-  
cut eius uirtus, nuper in bello experta fuerat: ita in uictoria iu-  
ſtitia, et benignitas, experiretur: memoriæq; teneret, in omnibus  
ſe maiora clementia, et pietatis, quam uirtutis bellicæ monumena  
ta reliquiſſe: ſi quid Bergomates in regiam maietatem deliquiſ-  
ſent: locum et tempus ſuperreſſe, quo eorum errata merito ſup-  
plicio plecti poſſent: monitis paruit Foyſ: direptionisq; pauor,  
Triulii beneficio depoſitus: uerum modico interiecto tempore.  
Antonius maria Palatinus urbis præfectus, item Regii Senato-  
res duo, genere Galli, Bergomum deuenere, in quaſitionem a-  
cturi, aduerſus eos, qui Gallis aduerſati, Venetorum ſtudioſi  
fuiſſe crederentur: Franciſcus uſcuſ Alexandrinus, Prætor, nul-  
la dignitatis prætoricæ ratione habita, præconis officio fungens,  
ex ſuggeſtu ſub porticu fori iuris ad id ſtructo ciuitatem con-  
tumacem et rebellem pronunciat: diplomata mox, publicaq; o-  
mnis documenta intercepta: ordo ſenatorius, poteſtasq; cogen-  
di ſenatum

di senatum sublata: ciues inter quos Bellafinus, alii in aeditorem,  
alii in urbanam arcem, alii in praefecti custodiam coniecti: Comes  
Trufardus calepius, uir ordine equeſtri insignis, quod Veneti par-  
tibus fueret illum praecipue nouerant, et Galeſtius columbus iu-  
re conſultus uir ut claris natalibus, ita magno animo, quem neq; Bar-  
barorum minae, neq; ulla rei familiaris incommoda a fide atq; ob-  
ſeruantia in Rompub. Venetam auertere potuerunt, menſes aliquot  
in ſuburbana arce detenti, in penitiſſimam Galliam, (Galliam in  
clinantem cernentibus fortunam) perducuntur: Veneti namq; acci-  
tis aere publico beluictiorum triginta duobus millibus, Duce gentis  
Matthaeo Sedunenſi, Gallos italia penitus expulere: Bergomum  
tunc in poteſtatem, et Venetorum ditionem rediit: Odettus cauſen-  
tius arcis praefectus, poſt haec menſes fere quatuor cum obſidionem  
pertuliſſet: Gallorum reditu in Italiam deſperato, commectaq; de-  
ficienſe de deditioe cogitat: axitoq; Bellafino, qui menſes circi-  
ter nouem penes eum regio iuſſu captiuus fuerat, conſilii participem  
facit: oratq; ut pactioe formulam componat: addaturq; condi-  
tio, ut Veneti ſtipendiũ militibus ſuis ex eo tempore (quo cepit ob-  
ſidio) perſoluant reſpondit Bellafinus cauere, ne iſte conſilio no-  
tam aliquam apud Regem contaminatae fidei ei inureret: Regis  
non adeo attenuatas, et atritas eſſe uires: ut nequeat pro ſe paſſo,  
et de ſe optime merito, nedum modico ſtipendio, ſed magnis mu-  
neribus, et amplis honoribus gratiam referre: probauit ſententiam  
Odettus: itaq; (hac reiecta conditione) exiuit Bellafinus cum reli-  
quis

quis pactioibus, quae ad Venetum ſenatum miſſe comprobatae  
et ſubſignatae fueret: deditoq; deinde ſubſecuta: poſtremo ſe-  
dulo ſtudio, exactaq; opera Andreae Gritti, et Antonii Iuſtinia-  
ni, qui in Gallia captiuus adhuc erant, ſaedus inter Regem et Ve-  
netos ictum eſt: Regem recuperandi res in Italia amiſſas deſide-  
rium ſollicitabat: proinde iuſtum inſtruit exercitum, eundemq; in  
Italiam mittit: qui apud Nouariam ab belactiis fuſus fugatusq; re-  
gias ſpes irritas fecit: hoc inſperato euentu, Raymundus Cardona  
regia ſtirpe ortus (penes quem ſumma Belli in Italia miniſtrandi a  
Maximiliano Ceſare auctoritas reſidebat) ſe excitat, conſtitim le-  
gatum ad Bergomates mittit: qui Ceſareo et ſanctae ut aiebant  
conſederationis nomine urbem petat: urbs quippe pauida et imo-  
munita, omniq; auxilio et ſpe deſtituta conſilii inops Legato pa-  
ruit: et in poteſtatem deditioemq; Ceſaris anno ſupra milleſi-  
mum quingentimum decimo tertio, die maxime uenerando, quo  
Iunius natalium diui Ioannis diem mortibus aſſert, uenit: iuris  
forum ea nocte aſſit. a Raymundo Franciſcus quidam cogno-  
mento Spus homo Hiſpanus miſſus, urbi et agro grande im-  
perat tributum, quod iam penes integre exactum: Venetus le-  
uis armaturae aequitatus, qui praefidio Cremam tenebat, pri-  
mo diluculo urbem clam ingreſſus auferet: et Cremam impo-  
tat: hiſpanus et Antonius ripaneyra urbis praefectus fugam  
arripiunt: populus tunc uacuis imperat. Spus et Ripaneyra ſe-  
ptimum poſt diem reuertuntur a quibus Bergomas cogitur  
pecuniam



pecuniam ablatam rescire, & largiorem locupletioremq; pa-  
rare: mox idem equitatus incautam urbem inuadit, dieq; cir-  
citer octo dominatur: Spus tunc & urbis prefectus, in arce ca-  
piuntur, & cum auro, argento ue iam coactò cremam perducun-  
tur: Siluius Iuallus Romanus patricius ab obsidione cremensi  
mouens: cum equitibus ducentis, peditem tribus millibus hispa-  
nis, ingentiq; turba Oroborum, quos Brianciensis appellant:  
Bergomum eo animo contendit, ut urbem infontem diripiat: in  
suburbano diui Antonii castrametatur: uerum hostile consilium  
ex iniusto odio conceptum, irritum fuit: Populus ad arma fia-  
ditie plenus se excitat: portæ raptim clausæ, armati in mu-  
ris, stationesq; dispositæ, uigiliæq; uicinatim exactæ: cum dua-  
ram prouintiam se frustra tentasse Sauellus cerneret: ab eorum  
pente populo, magna ex illa hominum colluuiæ, turba occisa,  
Bergomo turpiter discedit: ad id temporis Antonius leua pea-  
ditatus cesareus Imperator: & Alouisus Scart, Brixia præfe-  
ctus, ad urceos novos se continentes, publicam rem Bergomen-  
sem curantibus scribunt: quæ Bergomo gesta essent, nouisse:  
uerum se opinari, id magis quorundam improborum, quam bo-  
norum ciuium culpa accidisse: propterea mitterent ad se oratores,  
cum quibus, quid urbi cōduceret, agere possent: scirentq; se semper,  
(qui suus esset in Bergomates amor, & beneuolentia) eorū honori,  
& comodo præsto futuros: his blandis pollicitatiōibus allectus popu-  
lus, nulloq; munus præsidio, & spe omni auxilii amissa, oratores  
mittit,

mittit, qui reuersi referunt, à leua & Scart huiusmodi accepisse:  
Raymundum supremum Cesarem Imperatorem cum primū,  
audiuisset, quæ nuper Bergomo gesta & secuta fuissent, ægre ad-  
modum tulisse, & proinde destitisse, exercitum ad urbem diris-  
piendam mittere, sed eorum opera effectum esse: ut exercitus, qui  
iam itinere se accinxerat subsisteret: quam ob rem irent abirent ur-  
biq; denuntiarent, eademq; hortarentur, ut illata damna emendaret:  
paucos post dies Hispani ambo Bergomum proficiscuntur: &  
thesaurum à Veneto milite ablatum rursus repetunt: & exigunt:  
In publicis amalibus scriptum relictum est: tributum quod prius  
aureorum numerum milium duodecim fuerat, ad triginta milia crea-  
uisse. ad hæc tempora arcem uigilianam, in quam Baribolomeus  
Mustus patricius Venetus urbis præfectus ex urbe cum paucis ali-  
quot pedibus confugerat, expugnare aggreditur, aggeribus & mu-  
nitionibus in Castaneto colle circumductis, tormenta locis aptis col-  
locant: uerum cum his non satis proficeret se cernerent, cuniculis  
rem experiri adituntur. Mustus ueritus se cum paucis hispano-  
rum impetum (si per cuniculos irrumperent) neq; sustinere, neq;  
obsidionem, cibariis deficientibus, diuturnam perferre posse, dedi-  
tionem facit: hac prius ab hoste impetrata conditione, ut sibi suisq;  
integris rebus abire liceret, in urbe tunc pestilentia satis laboratum:  
uerum uis morbi in capita tantū ignota crassata est: celestibus iris  
pacatis, finis pesti est datus: ciuitas cum annum & menses fere  
duos Cæsar imperata fecisset: idibus octobris anno ab Christi  
natali millesimo quingentesimo decimo quarto, militaris custodia  
quæ Creme

quæ Cremonæ pro Venetis residebat, Bergomum properat, ad  
muros ad motis scalis, urbem clam prima luce ingreditur, et in  
Venetæ Reipub. potestatem restituit: Paulo post Laurentius  
cærete domo, penes quem, summa imperii pedestris erat: cum  
peditum circiter quatuor milibus, equitibus levis armaturæ ducen-  
tis, subsequitur. Raymundus cardona, quæ Bergomi gesta es-  
sent noscens, ex Lendenaria agri Ferrariensis cum equitibus qua-  
dringentis, levis armaturæ septingentis, peditumque quatuor mila-  
libus, iter Bergomum maturat: Prosper columna disciplina mi-  
litari paucis admodum cedens, Cardona se iungit: castrametan-  
tur in suburbanis Diui Antonii, et Diuæ Catharinæ: ambo  
Principes egregii, in cœnobio diui Petri cognomento cælestini  
hospitantur: tormenta in urbem dirigunt: nec uero Laurentius quie-  
scebat: urbem circumlustrat, loca debilitiora, et minus tuta, ad hostia-  
les impetus sustinendos munit: portas stationibus, murosque uigila-  
tiis, et præfidis firmat: ære publico cum materia alia nulla ad ef-  
fet, liquefacto, adnixus est tormentarias machinas conflare: quæ res  
opificis inscitia temere fusio metallo, parum prospere cessit: in-  
terea Cardona martinalibus, muros quater, et demoliri tormentis  
aggredditur, pro interdum diruto, noctu nouus obstruebatur, et  
obiciebatur agger: cum per ipsam stragem ruinarum impres-  
sionem hostes facere conarentur: ascensumque in muros, tenta-  
rent: adeo resistebat Venetis miles, ut facile appareret, plus  
in armis, et uirtute, quam in mœnibus auxilii esse. Verum  
tamen Cæretanus clam urbem, inscia, de deditioe, sed quo duo  
etus consilio

etus consilio non satis compertum, cum Raymundo agere cœ-  
pit: quam ultro citroque commitantibus internuntiis his conditio-  
nibus fecit: ut se scilicet suosque Bergamo cedere integris armis,  
equis, sarcinis, impedimentisque tuto permitteret: urbsque incolu-  
mi duntaxat matronarum, et cæterarum mulierum pudicitia: in  
Raymundi arbitrio esset: his subsignatis pactionibus, noctu se-  
cessit: urbem pauoris, et mororis, plenam deserens: quæ deo-  
rum animo collecto respiciens, Oratores eo consilio ad Ray-  
mundum mittit: ut urbem demonstrarent, ab omni scelere, et frau-  
de alienam: et nihil publico priuato ue consilio in Cæsarem  
factum: postremoque orent, obsecrent, obtestenturque, ut milites à  
maleficio cohibeat, nec urbem ingredi sinat. legatis superbe ad-  
modum, toruo minabundoque uultu respondit: se satis tenere,  
quæ in Cæsarem moliti essent: et quo animo qua mente sint  
Bergomates: irent abirent, et quæ urbi imperarentur exequi stu-  
derent: postmodum Brixiam proficiscitur, Ciuium triginta sex,  
ex opulentioribus iussis se sequi, à quibus tributi nomine, nu-  
merorum aureorum duodecim milia exegit: per id temporis pa-  
rum æquus erat urbanus census, rebus scilicet ciuium uariata  
temporis spatio fortuna, eademque instabili, aliis ut assolet au-  
ctis: aliis diminutis: nouus itaque computabatur: qui dum inter  
censorum adhuc manus esset: extrema manu nondum imposita,  
census substantiis, largiori quam par fuerat examine, ea tamē mente,  
ut ad tenuiorem equioremque librâ redigeretur, ab hispanis fuit in-  
terceptus: quæ res Bergomen si maximo fuit exitio, nam nemini uel  
minimo



minimo aere censo, exceptis Ciuibus duntaxat triginta sex, pepera  
cerunt: Brixiam proinde iussi sunt omnes censi ire: alijsq; in  
arcem coniectis. alijs in tormentis habitis: uniuersam tributum sum-  
mam, si quis diligenter publicas paginas excusserit: sciet aureorū  
numorum octuaginta millibus constare. Menses post hæc iam ferè  
septem fluxerant, cum Franciscus Galliarum Rex, in Italiam non  
sine ualido exercitu descendit: ut res in insubria amissas, armis uen-  
dicaret: cumq; Mediolano iam propinquum hispani nouissent ue-  
riti si uictor ex pugna discederet, se parum tutos fore, diem ad se  
Placentiam colligendum edicunt: quàm ob rem Aluarus gusma-  
nus urbis præfectus, et Franciscus peronus à Raymundi secretis,  
cum copiis, quæ urbi præsidio erant: de improuio collectis sara-  
cinis, discessit: se parant: ciuitatis regimen, acitis prioribus alia  
quot ciuibus, eisdemq; portarum clauibus assignatis, populo remuna-  
tiant. Populus festino illo discessu confusus, atq; animo incertus:  
iusticio inditeto, custodias in portis, uigilias per singulos uicos, dispo-  
nit: arma, tela, in muros congerit: quoscunq; qui arma gestare  
possent: recenset: et sub ducibus militari ordine conscribit: ut cū  
ad arma conclamatum esset: sub signis presto essent: uerebatur  
enim cum omnia circum loca bello arderent, ne quid sinistra pu-  
blicæ rei accideret. Dum hæc geruntur, Rex gallus pugna aduer-  
sus Heluetios se excitat: quæ apud Melentianum, infestis armis,  
infestis animis, committitur, Gallus belli fox, de equo desiliens: in-  
ter pediatum alemanorum lancea munitus se collocat, et alacer in-  
genti animi ardore, simul aduersus hostes pugnat: biduum acriter  
pugnatum

pugnatum est: pugna anceps, ambiguaq; spe, et diu neutro incli-  
nata stetit: postremo uictoria ad Regem inclinauit: nec equidem  
incruentam hominum utrinq; quatuordecim millia, ferro absum-  
pta, perhibentur: Bartholomæus Aluianus, penes quem summa to-  
tius Venetæ militiæ erat: Vir impiger, et raris inter homines uira-  
tutis specimen, in exitu ferè pugnae, cum copiis expeditis super-  
aduolans, animum et uires regis militibus adiecit, hostibus ademit  
et egregia illo fucinare uictoriae partem sibi uendicauit: Gala-  
lus Mediolano potitur, Dominicus Contarenus legatus supremus,  
qui pugnae interfuit, et gloriæ particeps cum Aluiano fuit, Vir  
generosus, gestis, et prudentia uerendus, ad nos Georgium Valares-  
sum mittit: honorifice excipitur, eidemq; urbis dominatio et rea-  
gimen, quod per dies quindecim penes populum fuerat, restituitur.  
Mensibus post hæc circiter sex Maximilianus Romanorum Impe-  
rator in Italiam cum amplissimo ac florentissimo exercitu descendit:  
ad Ludrianum agri Brixiani cum diuertisset: per literas Borge-  
mensis admonet, ut sibi uero et legitimo Principi ac domino dedi-  
tionem facere studeant: si monitis paruierint. Caseream benigni-  
tatem munificentiamq; sensuros: si imperata spreuerint: hostilia  
omnia passuros: interim exercitui commeatu suggerant. Po-  
pulus frequens conuenit, omnium exploratis sententijs, ad ditionem  
facit: ad quam omni ope, et auxilio destitutus: se promouerat pri-  
die namq; Victor Michael urbis præfectus eximia uir probitate  
excito Senatu detulit, ab Andrea Grizzo legato se monitum esse,  
si urbem his copiis, quæ præsidio erant, custodire posset: id  
e ageret:

ageret: uerum si rem in discrimen trahi cerneret, Bergamo ce-  
deret: se q̄ tuto aliquo loco, integris copiis reciperet: quam obrem  
cum uideret Cæsareum exercitum numero, et uiribus, præ-  
pollentem, ad olii ripas iam subsistere, decreuisse Barbaro sus-  
rori aliquantisper cedere, ac proinde Ciuēs, amanter hortari  
urbis, parentum, filiorum, et uxorū salutē consulere: in e-  
terea literis Cæsar urbem rursus admonet: ut ad se legatos duos  
decim mitat: fidelitatis iuramentum, præstituros, et imperata  
subituros: mittuntur legati, qui apud Ripaltam Glareæ Ad-  
duanæ oppidum, de more salutato et adorato Cæsare, benig-  
ne excipiuntur: mox ad Sedunensem remittuntur. Oratoribus  
Sedunensis inopiam exercitus explicat: atq; numerum scuto-  
rum quadraginta milibus in militare stipendium opus esse:  
irent ideo et urbi suaderent, ac Cæsaris nomine imperarent, ut  
quam celerrime, subsidiariam hanc pecuniam ad Cæsarem mite-  
teret: dum hæc geruntur Cæsar adduam traicit: uerum cum pau-  
cos aliquot dies, ad ripas amnis subsistisset: siue deficientibus  
ad persoluenda militibus stipendiis pecuniis, siue quod subuer-  
batur, ne per insidias ab Heluetis hosti traderetur, retro mo-  
uit: Adduamq; rursus transmissa, ad Pontemolium Brixianum  
oppidum peruenit: inde per pagum cognomento Coslam, et Lu-  
uerum dittonis Bergomensis, in Germaniam exercitū dimisso re-  
diit: Marchio Brandenburgensis supremus Cæsareus Imperator,  
ex Pontemolio literis Bergomensē populū admonet, ut omni  
studio, et pari celeritate adnitetur: numerum uiginti quinq; mila

lia, quos renenses appellant, ad persoluendum exercitū stipen-  
dium confestim parare: nisi id egerit, opis suæ laud fore,  
ipsum colibere exercitum, quin ad urbem accedat: propterea ca-  
ueret à gente egea et irata, rebusq; consuleret suis: hæc ubi  
audita sunt: incredibilis pauor, tremorq; omnes occupat: nosce-  
bat Bergomas, quippe qui duris et assiduis bellis attritus, pe-  
neq; absumptus erat, ad imperatum tributum uires non suffice-  
re: uerebatur utiq; si in urbe moraretur, se captiuitates, cæ-  
des, incendia, et omnia fœda, et uisurum et passurum, pro-  
pterea urbem deserere statuit, et loca montana, expedita supra  
pellectile petere, uidisses itaq; itinera, uirorum, mulierum, sea-  
num, et infantium turba, referta. Franciscus Albanus æque  
stris ordinis uir animi, et fidei plenus, animo secum repu-  
tans, si urbem uacua Barbarus miles ingrederetur ab incendiis,  
direptioneq; minime temperatum, iri decreuit se in urbe conti-  
nere, ut patriæ, affinis, et sibi ipsi quoad uires suppetrent  
opem ferret: ad urbem applicuerunt Brandenburgensis, Marcus  
antonius Columna, Cardinalis Sedunensis, et Galeacius Viceo-  
mes, cum peditum quadraginta milibus, et equitibus mille ducen-  
tis, confestim, Albanum, Aloisium Rotam iurisconsultū prudē-  
tem et oratorem disertum, Benedictum passum, Cyprium Suar-  
dum, Valerium Pontanum, homines probos et industrios, Mar-  
cum Biretam acuti iudicii, elegantis ingenii, exquisitissimæq;  
doctrinæ uirum, et ceteros paucos admodum ciues qui in ur-  
be manserant



be manserant, quorum nomina in amalibus conscripta sunt, in tem-  
plum diui Vincentii conuocant, petunt, flagitant, et impe-  
rant, quam celerrime tributum integre persolui, adduntq; si  
uel minima intercesserit mora, urbi graue exitum imminere:  
Verbis, ferri, ignis, populationis, et captiuitatis minas miscbant.  
Anxius erat Albanus, anxii Ciues, et reliquis populus, consilii  
inopes, et uix mentis compotes aestuabant: publico erario fundi-  
tus exhausto: publicis bonis iam lacinatis, ad sacerdotes, Vir-  
gines sacras, mercatores, uiduas, et pupillos confugiunt: a qui-  
bus pecunias longo iam tempore penes sequestres seruatas e-  
ruunt: nec propterea bians uulnus sanabatur: res sacræ (ut auri  
sacra fumes expleretur) in nefarium et detestandum usum tra-  
buntur: aurea namq; et argentea uasa diis dicata, cum cæteris  
ornamentis et donariis conflantur. Peribent qui negotio intera-  
fuere, materiam iam ad signandam pecuniam liquefactam, om-  
nne signum, omnemq; imaginem respuisse, crediturq; id fru-  
stra iristorum nummum nutu tentatum: summa itaq; aureorum  
numorum duodecim millium coacta est: hanc Barbarus spernea-  
bat, grandiorems posebat: uerum dii, qui miseros, et oppressos  
semper intuentur, Bergomensis supplicias attulerunt: tantus namq;  
terror et pauor genti incussus repente est: ut de improviso  
(incompertis causis) Bergamo postquam dies undecim debacchata  
fuerat, urbe omni sordis sædata abscesserit: uidisses ubiq; latri-  
nas, ubiq; cloacas, in propatulo cibaria omnisfarium coquebantur,  
mensæ

mensæ lanionæ, exenterato pecore, in compitis, et per omnes uicos,  
passim cernebantur: nullus erat angiportus, nullus in urbe angulus,  
qui non tetrissimo odore esset infectus: ex quo et ingenti homi-  
num, pecorumq; mistorum colluuiæ, futura pestilentia exortus  
esset timor, ni ingens repente uis aque horis sex continenter nocte  
cælo missa, uniuersam urbem abluisset, et ab omni sordis pur-  
gasset. Populus urbis regimen recepit: quod post dies undecim  
Grito restituit:--

M. ANTONII MICHAELIS P. V.  
AGRI ET VRBIS  
BERGOMATIS DESCRIPTIO  
ANN. M D X V I.

ST AGRI Bergomatis forma ferè  
quadrangula, eius longitudo à meridie in sea-  
pentrionem miliaria quinquaginta patet, la-  
tudo uero ab ortu in occasum dimidio mi-  
nus excurrit. Facies non una, utpotè (qua  
ad meridiem uergit) plana & campestris, qua uero ad septen-  
trionem (quæ maior pars est) collibus primum inde montibus se-  
attollens, eius fines sunt ab ortu sebinus lacus: Deq; ipso emas-  
nans, collis quibus à Brixienti Agro distinguitur, ab occasu La-  
cus Iarius & Abdua, quibus à Comensi Mediolanensiq; Agris di-  
sternitur, à septentrione rhetorum Alpes, à meridie fossa perpe-  
tua ab Abdua ad Ollium ducta, quæ quanquam nõ magis Bergo-  
matem Agrum, quàm Cremonensem disternit, Bergomensis ta-  
men cognomine insignitur. Totum ferè eum (quantuscunq; est)  
duo fluuii Brembius & Serrius, ille ab occasu, hic ab ortu secant.  
qui in intimis Alpibus distantibus inter se Fontibus Orti, pariq;  
inter se interuallo Continuo decurrentes (donec montibus coercentur)  
recto cursu in meridiem tendunt, ubi uero campos sunt ingressi  
liberius per eos euagati, ad occasum conuerso itinere Abduam flu-  
uium



uium tandem influunt, cæterum distantibus inter se hostiis et cursu longe impari, etenim Brembium breviori decursu Paulo infra Treccium oppidum ad Veprium vicum exit: Serrius longius euagatus Cremonensium agrum attingens ultra Cremam ad picilium deuoluitur, eorum uterque piscium fecunditate: Axolis suis commodus est, cæteris rebus dispar gratia: Brembium pluuiis Niuibusque liquatis ita interdum augetur, ut inundans clades non modicas inferat, et (ut quam mississime agat) spumescens et rubibus atque ingentibus saxis, quæ de eis abrupit et deuoluit impactus, nunc torquens flexum, nunc corrigens non modo Nauium impatiens est, sed et rotis facinorosis inseruire dedignatur: Serrius leni et placido flumine decurrens, cum uariis uisibus (dum montibus coæretur) deseruit, tum campos (ubi ab eis est exceptus) in Riuos deductus ita elementer rigat, ut feraciores reddat, quin auream Arenam secum deuoluens (Cuius uestigial in Cremensi Agro locatur) facit, ut Tagum et Paetolum subulosos amnes poetis non inuideamus. Horum fluuiorum decursu campestris ager in tris regiones diuiditur, quarum, quæ ad Ortum Brixiensemque: Agrum inter Serrium et Ollium extenditur transferriana, facile reliquis duabus clarior futura fuerat cum frequenta oppidorum et Vicorum, in quibus celebriora Martiniengum, Romanum, et calcinate, tum soli feracitate irrigante Serrio, nisi ciberius Torrens de laude eius multum demeret, qui ex spinone lacu in Callepina ualle emanans totamque ferè mediam findens, ita interdum agros irrumptit ut aquarum et copia ut uastitatem non modicam inferat, alioquin reliquis diebus  
ita aquarum

ita aquarum indigus, ut nullibi non secco pede tranetur. Quæ uero ad occasum Comensem Mediolanensemque agros spectat, quod inter abduam et brembium fluuios et montes triangulari forma iacet, Insule cognomine censetur: Tractus uitium feracitate et uini generositate celebris, oppidis ad hæc, ponte, Medolaco, brembatis, Bonatis, Mapello, nonnullisque aliis non ignobilis. Reliqua à situ media dicta inter Brembium et Serrium Cremonensium agrum extenta frequentia oppida habet, inter quæ nobiliora Coloniolum, Coloniolum, Zangam, Spirantum, Oxium, Verdellum, et imprimis ipsam Metropolin Bergomum. Hæc est agri campestris distinctio. Montani uero tractus uallibus distinguntur, quæ à meridie in septentrionem protensa in Sassinam et Tulinam demum ualles illi sese ex transuerso obicentes omnes ferè desinunt. earum primæ ad ortum Caballina illique adnexa Calepina sunt, quarum utranque sibi lacus prospectu exhibatur, cæterum Caballina ad septentrionem uergens lacu (qua patentior est) alluitur, in cuius margine lucrum oppidum sedet confectura pammorum celebre, Calepina uero ad meridiem uersa et ad emissorium lacus posita Ollii etiam Fluuii amenitate perfruitur, in cuius dextera ripa calepium (unde sibi cognomen) habet. His proxima est Serriana à Serrio intersecante dicta, quæ propter amplitudinem sui in superiori, mediam, et inferiorem diuiditur. Superiori, Clusonium, Gromum, Gandelinum, Suerum, Castilio, Præmolium, Gorite, Onetum, et Cerete: Mediæ Gandinum, (unde et Gandinia quædam sui parte appellatur) Vertua, Gazaniga, Cazantum, Louium, Cazanium.

Cazanigum, inferiori Alzanum, Nembre, Albinum, comendua  
num, Dezenanum, Anefa, Aranca, scribuntur. Hæ ualles ci  
tra Bergomum sunt ad Ortum, totidem ultra Bergomum ad oca  
casum spectant: Ex his urbi propinquier est Brembiana à Brema  
bio fluuiio inter strepente dicta, et ipsa in inferiorem, superiorem  
et transfuganeam diuisa: Inferioris celebriores uici sunt, Zonù,  
Scudena, poselcantium, D. Pelegrinus, D. Ioannes, D. Gallus,  
D. Petrus, et Spinum. Superioris uero Serrina, Braccha, Dofe  
na, Costa, Utracollù, Rigosa, Sambusida, et Cornellù. At trans  
iuganeæ (sic dictæ quòd transiugum alpium sit posita) uici sunt,  
Platea, Lóna, Vallis nigra, Popoliù, Vallis leua, et Vallis fondria.  
Proxima Brembianæ est Imania, Almenio et Pallazago uicis  
contenta. Postrema omnium occasum lariumq; lacum spectans  
à celebri Aede Martiniana dicitur, uicis caprino, marentio, bea  
retia, Calolzio, Vercurago, Cifana, Collana, et Supercornula ha  
bitata. Hæc est agri facies hic situs, nunc ipsam Metropolim  
describemus. Urbs monti incubat. Mons ipse Campis quidem  
undiq; circumcingitur, ceterum ita breui interuallo à montibus (qui  
ualles conficiunt) iungitur, itaq; longe lateq; campestrum Agrum  
à frôte et à lateribus despectat, ut ueluti arbitrer sedere inter utrûq;  
tractum uideatur. Media sui parte latior erectiorq; est, utrinque  
decliuia hinc in Brumalem ortum, inde in æstiuum occasum de  
mittit. Summo iugo arx Paulo ante insidebat que senatus iussu so  
lo æquata, ne (si in hostium manus deuenisset) urbem imperata  
facere cogeret, ita eam partem debonestat, ut ueluti regio capiti co  
rona dempta

rona dempta censei possit. Arx ea est, quam barbara uoce (quòd  
in Vetus Sacelli uestigis esset extracta) capellam appellabant.  
Quicquid montis ultra hoc iugum ad æstiuum occasum porrigitur,  
aliquandiu solidum modicèq; decliue incedit, mox in duo ueluti  
crura scissum, eisq; ad diuersas cæli plagas prolatis sensimq; susti  
giatis usq; ad campos demittitur, amœnissimum illam conuallem  
intra se ueluti sinu complexum, quam astinan dicunt à celebri  
cænobio, quod uallis umbröse monachi ex asta oppido primum il  
luc profecti inhabitarant, eorum crurum utrunq; est constitum, sed  
quod mitiorè plagam spectat Vitibus, quod iniquiorè castaneis, illis  
uini generosissimi feracissimis, his ad umbram etiam densissimis:  
neq; uia et perpetua facie constant, uerum nunc sinibus secedens  
tia, nunc quasi cubitiis prominentia interdum etiam longo interual  
lo cursum dirigentia, ita et opacos recessus fissis, et letas sedes  
apricantibus, et oportuna spatia deambulantibus præbent, ut ad ci  
uium delicias et oblectationem facta plaga à natura uideatur.  
Nec nihil gratiæ addunt loco sparsim collucentes uillæ, modicæ il  
læ quidem et frugi pro soli angustia, ceterum adeo expetite cum  
loci propinquitatè tum gratia, ut satis beatus non habeatur, cui uillu  
læ illic habere non contigerit. Accedit ad hanc amœnitatem peren  
nis fons, qui sub iugo à septentrione scatenis et continuo sub um  
bra castanearum per manufactum aqueductum delicatus incola deo  
fluens donec urbi immittatur, fluere non desinat, ubi per singulos  
uicos diffusus et castellis exceptus areisq; stipunculis emanans ur  
banis usus large seruit. Reliquum montis quod citra iugum  
ad ortum



ad ortum Brumalem spectat urbs et suburbia ferè sibi occupant, itaq; ubi per trecentos circiter passus de iugo descenderis) suburbium cognomento candè tibi occurret suo muro cinctum et tribus portis peruium, quarum leua in castanetum, media quæ columbina dicitur ad celebrem D. Gottardi aedem et ad ipsum iugum, dextera ad uallem astinam fert. Urbecula inde præfecti et præsidii sedes, in quam ex suburbio quod diximus duabus portis datur ingressus, et ex ea in urbem totidem est egressus. Hanc urbs excipit, quæ totum montis dorsum ab ea parte sibi uendicans paulatim cum eo donec suburbii reliquis occurrat descendit, eam pinnatus murus munit undiq; præter quam ubi urbecula quæ illi pro muro est adnectitur. Murus humilior et præcipiti motis ambitu extractus priuarum ædium cœnaculis prospectus non admittit itaq; longe latèq; dominantur, neq; tantum totus campestris ager inde oculis subiicitur: sed et aspidani omnes tractus liquido despicuntur, quin appennini Iuga et ipsas padis Nebulas, quales nulli nō amnes expirant, serena præsertim diè astimare licet. Urbis solum magna sui parte in æquale est utpote montuosum: nulli Angiportus, nullæ uig, nō aut accliuæ aut decliuæ sunt, quo fit ut (cū silicibus etiam strætæ sint) hominibus et iumentis incommodas, curribus imperuatis penitus se præbeant. Earum uiarum ueluti regina est ea, quæ ab urbecula ad D. Antonii suburbium per medium montis dorsum ducta urbem mediam secat, ad quam ceteræ uisæ et angiportis sparsim repant. Huic forum post centum circiter passus à dextra adiungitur contra quod à leua publica porticus eminet, cuius

interiori

interiori parieti scribarum et calculatorum cella adheret, supra eam comitium stat, unde egressus est in Mœnium, de quo magistratum et damnatorum nomina ad populum proclamantur. Forum quadratum est, Laxitas ei non tam pro populi frequentia quàm pro urbis situ satis ingens, ad eius dexteram edes prætorie, ad leuam leguminarie tabernæ sunt, à fronte paulo antè forum iuris attollebatur, Moles, siue ornamentorum apparatus, siue structuræ soliditatem spectasses, nulli Galliarum ædificio post ferenda. Ea proximo hoc bello (tunc cum hispani urbem iruerant) siue consilio iniecto igne quo populus ab hoste auerteretur (quod non nulli suspicati sunt) siue casu et temere (id enim incompetum) correptis laquearibus tota conflagrauit atq; ita concidit, ut nulla reparationis spes supersuerit, præsertim per petuis et immodicis impensis ex eo tempore semper laborante Ciuitate. Post forum Vie, quam dixi regie, continet et omnifariam tabernæ imminet, ab ea aliquanto interius in media ferè urbis longitudine (est enim protractior quàm latior) atq; in extrema latitudine à septentrione in erecta rupe Arx attollitur, per quam ingressus in urbem montanis incolis et subsidiis inde aduenientibus, egressusq; de urbe in montes datur. Diuidit se deinde bifuriam uia hæc regia et à dextera in arcolum, quæ forum calceorum dicitur primum diffusa, mox coarctata, usq; ad portam D. Iacobi descendit, urbemq; egressa, ubi D. Domitici aedem præterit, arctior et magis præceps facta suburbio

D. Leonardi

D. Leonardi occurrit. A leua uero portam cognomento pictam  
prætergressa iterum in duos uicos diuiditur, quorum leuus D. Au-  
gustini eadem, dexter uicini Pineti petit, ii duo uici post aliquan-  
tulum spatii in unum conflant, et suburbii D. Caterinæ ac D.  
Antonii iunguntur. Hæc de urbe. Urbis suburbia quatuor præ-  
ter eandem (de quo diximus, ueluti manus expansæ digiti adnectun-  
tur, Quorum quod ad septentrionem patet D. Laurentii, quod  
ad æstiuum ortum D. Caterinæ, quod ad Hyemalem D. Antonii,  
quod ad meridiem D. Leonardi à sacris ædibus appellantur.  
Horum Laurentianum urbi non dum dimisse sed in ipso Dorso  
montis citra arcem ad portam ab eo Laurentianam dictam ad  
nexum continuo per decliua usque ad campos fertur. Cætera ur-  
bem ferè in plano positam excipiunt, ad hæc cætera singula sin-  
gulis portis peruia singulisq; uicis contenta longius quam latius  
patent, Quod uero D. Leonardi cognomine appellatur princi-  
pio uno uico contentum, mox in quatuor ad diuersas cœli plagas  
spectantes diuicatum ita longè lateq; patet, ut alterius urbis spe-  
ciem præ se ferat, ubi incipit diuidi forum suburbii appellant, uic-  
ci in quos diuiditur singuli in singulas portas desinunt, quarum quæ  
ad occasum brumalem spectat incerta origine nominis brusidæ  
appellatur, reliquæ à uicinis oppidis ad quæ ferunt cognominantur,  
itaq; brusidæ proxima, Oxii appellatur, tertia Coloniolæ, quarta  
Coloniæ, suburbium Laurentianum à cæteris longè seiunctum suo  
muro est cinctum, reliqua tria quamquam longo inter se spatio dis-  
stantia

stantia ut potè ad diuersas cœli plagas extensa uno tamen muro mu-  
tuo iunguntur, ut inter ea ampla area edificata iaceat, quæ partim  
aruis, partim arbutis et uincis occupetur, partim etiam prato cõstet  
(uidelicet inter D. Antonii et D. Leonardi suburbia) ubi Num-  
dinæ quotannis, VII Kalendas Septembris celebrari solent, id pra-  
tum Riuis de Serrio fluuii deductus urbiq; ad Fullonice et Fa-  
rinariarum rotarum usum immixtus peramone interfecat. Subur-  
bia à mercatoribus et opificibus uo uecturæ et commercii com-  
moda incolantur, contra urbs à nobilioribus ferè ciuibus inhabitata,  
quamquam et in urbe præsertim ad forum frequentes opifices  
et in suburbii nobiles ciues non desunt. Hæc de suburbii dicta  
uelim. Aedificia ipsa utrobique præsertim publica ex quadra-  
to lapide uiuo constant ob inopiam laterum, eorq; partim uulgari  
et cæruleo, partim nobili et maculoso quod ad albinum uicium  
in Serriana ualle ceditur. Solum ubi cumq; foderis firmum, intra  
urbem uero etiam saxum, ut quantum ibi de impensa decubendi  
lapidis detraxeris, tantum cedeni labor addat. Aedes sacras  
tribules, quas parrochias dicunt, quæ uiginti sunt, Scenobia quæ cū  
magnificam multa extant (nec enim est aliqua illustris secta quæ  
domum hic non habeat) cæteraq; publica cum profana tum sacra  
ædificia eorūq; apparatus describere non est presentis Otii, etea-  
nim unum Xenodocheum eiusq; magniorum prouentuum adminis-  
tratio necnon piæ erogationes si pro materia dicerentur iustum  
opus absoluerent. Satis igitur fuerit unum aut alterum ex infra  
gnioribus



gnioribus ædificiis describere. Igitur foro iuris, quod combustum diximus) exigua area à meridie adheret, huic à dextra episcopi domus, à fronte ædes D. Mariæ, à leua ædes D. Vincentii impendunt. Hæc ipsa quamquam uetusta dicatione sacerdotiq; dignitate ut potè episcopalis celebris, marmorum ad hæc mole et lianam morum dignitate laxitateq; comendata, tamen quod ducentesimo circiter ab hinc anno instaurari cepta (cum uetustate uel incendio collapsa esset) negligentia et auaritia eorum, quorum est eadem cura, absoluta adhuc non sit, infrequens incultaq; habetur. contra uero D. Mariæ ædes neq; tam uetustate dicationis, ut potè ducentesimo circiter ab hinc anno ædificari inchoata, neq; sacerdotii dignitate par ob operantium tamen sanctitate et frequentiam ita à populo uisita, ut nulla sit in urbe ædes celebrior. Eius longitudo secus areolam quam dixi ab ortu ad occasum patet, forma extra quadrata est, intus christiano ritu Crucis figuram præsefert. Aræ maxime (quæ ad ortum spectat) fornicatum tribunal circumagitur, cui duo alia minima tribunaia unam à dextra alterum à leua adherent, pro his tribunalibus transversa ambulatione patet, per cuius utrunq; cornu in eadem est ingressus reliquum ædis quod ad occasum extenditur duabus cellis, una hinc, altera illic, mediâq; ambulatione constat, è cellis illa (quæ est à meridie) à tergo parietem in hemicicli formam ductum habet, à fronte qua transversam ambulationem spectat tota patet: altera uero quæ est à septentrione in sacellum est uersa in quod temere non

mere non datur ingressus, ut potè ara et Bartholomæi Colloani monumento religiosum, Is id uiuens dicauit, et ut quotidie ibi sacerdos operaretur ad placandos Deos suis manibus testamento instituit, ubi et sepulchrum ei est erectum marmore lunensi et sculptura Io. Antonii Amadei Papiensis opere spectatissimâ, cui nuper equestris statua est imposita ex materie illa quidem auro illita, ærea aut marmorea alioquin futura, nisi subiecta moles ponderi impar esset iudicata. Proxima dignitate habetur ædes D. Alexandro in suburbio Canali dicata, ut potè et ipsa episcopalis, id quod uix alteri urbi datum reperias, ut duabus ædibus episcopalis ornetur. Inter profana ædificia præstant, si non apparatus, saltem laxitate, ædes Pandulfi Malatestæ in Vrbeclia, quas, ille (cum post obitum Galeatii in suburbis principis Bergomum occupasset) exstruxit: eas nunc urbis præfectus inhabitat. Hæc sint dicta de ædificiis, nunc pauca de gentis moribus et ingenii dicam. Urbem populus frequens colit, Probum genus hominum et frugi moribus mite, hospitalius erga aduenas, quam quis ex studio rei parandæ agriq; sterilitate et angustia coniciat, erga omnes longe plus comæ quam in urbe montana expetatur. Ordinum distinctio non lege sed natura constituta, penè optimates ferè administratio Reip. quam in satis æquam formam ex Veneto rû X uirum prescripto nuper redegerunt, ex his pleriq; ex propriis fundis uictum et opes sibi parant, ex quibus etiam non pauci pro urbis magnitudine æquestre decus magnifice sustinent.

f Non desunt

Non desunt qui litterarum studio non sine ingenti profectu et laude incumbant. Ex his plerique iuri civili dant operam ut quandoque quinquaginta in urbe iuris consulti sint numerati. Ceteri qui bono loco sunt nati (ut sunt industrii) ex mercatura et conductio- ne uestigialium se et familiam alunt, nec mediocres inde opes sibi comparant, alii Tabelliones sunt. Plebs aut institoria aut opificiana exercet. At ex agri incolis qui campestrum regio- nem colunt (exceptis oppidanis) quorum non pauci honestate ge- neris et rei familiaris ubertate Bergomatibus civibus non cede- dunt, ceteri sparsim positi aratores sunt, reliqui rustice dant o- peram. Qui vero ualles incolunt uicatim ferè omnes habi- tant, tanta frequentia (Montano Cælo ad fecunditatem conse- rente) ut nisi innata solertia et mira industria sibi prouidissent, inopia et fame laboraturi fuerint: solo angusto et sterili neque uictum subministrare apto. Itaque qui domi resident aut pecua- riam exercent aut pamos conficiunt, ceteri domo migrant in alienis regionibus aut officinas aut institoriam exercituri, qui tot sunt, atque ita totum orbem terrarum permeant, ut in prouerbium abiierit, neque passerem auem, neque Bergomatem hominem ulli prouinciæ desse. Est opere præcium discere, quemadmodum uarias regiones (ueluti prouincias, inter se sint pariti, etenim Martiniani ex uicino Mediolanensi in ubrumque tractu uictum sibi parant. Proximi his Imaniani alueos ceteraque uisusmo- di usque in Liguria, prouincia Narbonensi, Hispania citerio-  
ri,

ri, latio, campania et Sicilia, ex materie conductis in id siluis sa- brescunt. Brembiani omnes, præter transiuganeos (qui Medio- lani pannos sericeos conficiunt) Venetiam regionem urbemque Ve- netias frequentant. Serriani Caballinique in proximam Germa- niam pamos suos deuehant, soli Calepini, siue minus iniquam solum sortiti, siue imata inertia, domo ferè non migrant. Cul- tus Vallensibus omnibus inter rusticarum et urbanum medius, sermo Barbarus præsertim quanto magis ad alpes accerseris, cuius imitatione scurris captandi risus frequens occasio, studia ferè rem quesuisse, laborum et negotiorum laxamentum utriusque sexui choreæ, quibus iuuentus enixe indulget. Corpora cæli beneficio salubria et Vegeta, laborisque patientia, immensis tan- tum tumoribus in gutture deformati, eam fedicitatem sunt qui in cælum sunt qui in aquas referant, illud in uniuersum de Bergo- matibus dixerim, Acre genus esse hominum et industrium, et quod ubi intenderit ingenium præstet, sed præcipue rei parandæ studio prævalens, et quod nullum non Gallie cisalpinæ populam, in omni genere laudis adæquet:~



Errores qui in impressione ad-  
missi sunt sic emendato.

Pagina v. in fronte tritici pro tritici pag. vii. in fronte bel  
laucio pro belloueso pag. viii. in fronte ora que pro oram quam  
pag. ix. in fronte ad Thusciam pro in beturria pag. x. altrinsecus  
colonia bononia pro colonia pag. xi. altrinsecus Athaulpho  
pro Athaulpho pag. xii. in fronte Bergomotes pro Bergomates  
pag. xiii. in fronte Albonium pro Alboinum et statim post Al  
bonius pro Alboinum et altrinsecus albonio pro alboino pag. xvii.  
in fronte opem afferente pro afferente pag. xviii. in fronte per  
scripsit pro prescripsit pag. eadem altrinsecus oppidula pro oppi-  
dula ibidem paulo post Cremonense pro Cremonenses ibidem pau-  
lo post iucundis pro incendiis pag. xx. in fronte ad Actolinum  
domo Romanum et in sequentibus ubicumque usi sumus huiusmodi lo-  
quendi figura imitatione veterum fecimus ut euitaremus Barbarum  
loquendi morem in vulgatum Actolinum de Romano petrum de  
suero et huiusmodi pag. xx. a tergo diuitis et affecilis pro di-  
uitiis et affecilis ibidem exerunt pro exurunt ibidem et posteri-  
tati pro et ut posteritati pag. xxii. altrinsecus aeditionis arcis  
pro aeditionis pag. xxvii. Calendas Iunii pro Kalendas sic enim  
semper prisca scripserunt pag. xxxi. altrinsecus Laurentius cae-  
rete domo pro Laurentius Anguillarius caeretis betrusci oppiduli  
dominus pag. xxxiii. altrinsecus Pontemolium pro Pontolium et  
infra pontecio pro Pontolio pag. xxxviii. in fronte amens-  
simum pro amantissimam



Registrum.

a b c d e f Omnes quaterniones preter f qui est duernio.

Venetis, per Io. Antonium et fratres de Sa-  
bio. M D X X X I I.

Mense Maio.

Non sine Privilegio multa; pecuniaria, prout in  
multis nostris privilegiis continetur.



